

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS. DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER NONVS.

DE Dominica secunda post albas.  
Caput I.



Via dominica hac sancta Romanae Ecclesiae solenne est, agendis instare consilijs, bene forma, quam sequi debeant pastores animarum, per eiusdem dominicae commendatur officium. Per euangelium manifestissime id agitur, quod is qui non ex accidenti dono, substantialiter bonus est dicit:

Iohan. 10.

Ego sum pastor bonus, &c. Deinde ex opposita descriptione mercenarij, suaque iterata commendatione bonitatis, liquidum praebet ousibus iudicium, quod discernant, quos fugere, quibus suam debeat animarum curam credere. Boni formam pastoris ceterae collaudant partes officii. Primo ad introitum cantamus de illa: Misericordia domini plena est terra, videlicet ut sicut ille non solum iudicium diligit, sed & misericordia: & primo loco misericordiam, secundo iudicium, sicut in eodem Psalmo, vno in eodem versiculo praemisum est: Diligit misericordiam & iudicium, sic & omnes, qui iudices animarum positi sunt, semper superexaltent misericordiam iudicij, ut idem ipsi cosequatur.

Psal. 10.

Quodque sequitur: Verbo domini caeli firmati sunt, illud indicat, quoque Apostoli vel pastores Apostolici, non sua fortitudine, sed verbi Dei virtute, tales effecti sunt, ut videntes lupum venientem non fugiant, neque oves dimittant, ut mercenarii faciunt. Epistola voce non dubia, sua praecursoris implet officij, ubi praemisso de hoc singulariter bono pastore, qui posuit animam suam pro ouibus suis, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: subiungitur in fine: Fratris enim aliquando sicut oves errantes, sed conuersi esus nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

1. Pet. 3.

Offrenda vero non quidem adeo perspicua, sed non minus consone cum eodem incedit sensu Euangelij. Deus deus meus ad te luce vigilo: Psalmus namque ille sic intitulatur: Psalmus dauid cum esset in deserto Idumeae, id est, Psalmus iste attribuentis est Christo, secundum quod egit vel pertulit positus inter Iudaeos: qui desertum ideo vocatur, quia deserentes Deum, & ipsi iuste a Deo deserti sunt.

Psal. 69.

Idumaei quoque dicuntur terreni vel sanguinei, quia prophetarum & ipsius domini sanguinem fuderunt. At vero hic pastor bonus illo deserto animam suam posuit pro ouibus suis. Recte ergo, qui exemplo eius idem facere debent, voce eius excitantur ut ad Deum de luce vigilent supra gregem suum: ad Deum non ad mercedem temporalem, anima & carne quam multipliciter siccant & in velamento alarum, id est, in spe consolationis eius exultantes, lupum non timeant, neque dimissis ouibus fugiant.

De dominica tertia. Caput II.

Aetera quae sequuntur dominica usque ad ascensionem domini, promissionem eius adimpletam suis officijs cocelebrat, qua post habitam de morte sua tristitia, corda discipulorum de resurrectione sua laetificanda fore promiserat ea, qua tradebatur non se loques illis in caena. Unde pulchre hac dominica cantamus in introitu: Iubilare deo omnis terra, Psalmum dicite nomini eius. Nam hic Psalmo sensibus suis copetes titulus praescriptus est. In finem canticum Psalmi resurrectionis. Causa vero vel materia iubilationis, quae hic imperatur, illa est, quam dominus in Euangelio subsequenti praemisso tristitiae nuncio subiungit: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ut autem similitudo, quae praemissa est Apostolis, mulieris, tristitiam habentis, cum parturit, nobis quoque congruat, quia sic expedit: bene hoc idem Euangelium, haec Apostoli lectio praecurrit: Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam, &c. In hac enim abstinentia labor est, & sicut ait Psalmista, ibi dolores ut parturientis. Praemiserat siquidem: conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos, loques de illis, qui iuxta Apostolum contristati sunt ad poenitentiam. Sed sicut dolor parturientis fructuosus est, cum enim peperit, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum: sic & illud quod detrectant de nobis tanquam de malefactoribus, sine consolatione non erit, cum tandem considerantes nos ex operibus bonis, glorificabit Deum in die visitationis.

Psal. 69.

Iohan. 16.

1. Pet. 3.

Psal. 94.

1. Cor. 7.

1. Pet. 3.

Gen. 5.

Quod bene per Thamar in historia veteri praefiguratum est. Quam cum accusarent dicentes:

dicentes: Fornicata est Thamar, & videtur veteris eius intumescere: illa proferens annulum, armillamque & baculum, quem pro arrabone dederat Iudas: De viro, inquit, cuius haec sunt concepi. Iudas quippe (quod interpretatur confessio) Christum significat: Thamar (quod interpretatur amaritudo) Ecclesiam de gentibus, in qua est amaritudo poenitentiae, qua & Petrus egressus fleuit amare, id est, Ecclesia de praeteritis erubescens erroribus, sedit in itinere, quod ibat Iudas ad lauacrum ad tendendas oves, id est, occurrit Christo ad baptismum quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Quae cum de Christo vero non fidem per spiritum sanctum conceperit, & eandem fidem tanquam annulum, & opere fidei tanquam armillam, iustificacionemque spiritum tanquam virgam pro arrabone, id est, pro pignore, acceperit: accusatur tam a gentilibus quam a Iudaeis, quod cum mendacio fornica, & a spiritu erroris polluta sit. At illa patienter fallaces ferens accusationes, tandem obtulit se faciem imprudentium hominum ignorantiam, probans per praedicta pignora, quod de vero Deo conceperit, & cum eodem Deo glorificabitur in die visitationis. Offerenda: Lauda anima mea dominum, ad praedictum in Euangelio pertinet huius mulieris de Christi resurrectione gaudium. Nam & hic Psalmus alleluia habet in titulo. Quodque versu canimus: Dominus erigit elisos, dominus soluit copeditos, congratulatio illorum est, quorum tristitia, iuxta promissum domini, resurgente illo, in gaudium conuersa est.

Math. 16.

Math. 45.

Psal. 43.

De Euangelio dominicae quartae, quo dictum est: Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos, &c.

Caput II.

Nonnullis infirma videtur & insufficientis huius sententiae vulgata expositio, videlicet, quod ideo apostolis expedierit, ut dominus noster hinc abiret, quia nisi corporalem praesentiam suam illis abstulisset, ipsi spiritualiter illum amare nescirent atque ideo dixerit: Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos. Minus enim expositum videtur, quam exposcit maiestas domini spiritus sancti, maxime quia dominus ipse eiusdem spiritus sancti aduentum baptismum vocat, dicens in Actis Apostolorum: Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Baptizari autem spiritu

Iohan. 16.

Act. 1.

sancto nihil aliud est, quam per spiritum sanctum originalis peccati, & omnium actualium remissionem accipere peccatorum, totumque hominem veterem in vitam transferri nouitatem. Quo sensu praedicta expositio proculdubio minor est. Non enim spiritualiter Deum amare, & Spiritu sancto baptizari, paria sunt. Alioquin veteres sancti, qui sine dubio Deum spiritualiter amauerunt, imò & magna eiusdem sancti Spiritus dona perceperunt, prophetantes & signa facientes, baptizati Spiritu sancto fuissent, id est, remissionem peccatorum accepissent, neque apud inferos propter originale peccatum tenerentur usque ad Christi aduentum. Sed & illud repugnat, quod apostoli dominum praesentem spiritualiter, quamuis non adeo fortiter amauerunt: verbi gratia, Petrus, cui dictum est amorem tertio contenti: Si diligis me, pasce oves meas. Nam hunc amorem & non caro & sanguis reuelauit ei, sed pater qui in caelis est. Non igitur proprietate sensus in his domini dictis nos inuenisse arbitramur, nisi vtramque eius sententiam exaequemus, ut scilicet idem sit: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, ac si dixisset: si enim non abiero, vos non baptizabimini Spiritu sancto. Quod facile est consequi, si prius aduertamus quando vel quomodo abierit. Multi enim illum tunc primum abiisse recolunt, quando videntibus Apostolis ascendit in caelum. Sed quando ascendit, Apostoli gauisi sunt, & sicut cantamus, lumine lato perentem sydera profecti sunt, imò, ut ait Lucas, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Dominus se abeunte tristandos illos fore praedixerat, tristitia, inquit, implebit cor vestrum. Et paulo post: amen amen, inquit, dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, &c. Igitur cum autoritate Evangelica non tunc primum illi abiisse constat, quando ascendit in caelum, sed quando moriens reliquit mundum, & iuit ad patrem. Nam de morte eius loquebatur Iohannes Euangelista, cum diceret: Sciens quia venit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, &c. Eadem quippe nocte tradendus, sermonem habuit cum discipulis suis, de quo haec lectio sumpta est, & circa finem orationis: & iam, inquit, non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Propter quod passio eius pascha dicitur, id est, transitus. Itaque propter hanc eius abscellum datum esse paracletum, scilicet Spiritum sanctum, in eo quod paracletus est, hoc modo colligimus:

Iohan. 22.

Math. 6.

Luc. 11.

Ioh. 16.

Iohan. 17.

Iohan. 17.

mus: Spiritus sanctus iccirco paracletus, id est, consolator, dicitur: quia captiuos filios Adæ, filios efficit Dei per regenerationem baptismi, & in hoc seculo peregrinantes consolatur, testimonium reddendo spiritui nostro quod sumus filij Dei, quando non solum in prophetiæ gratiam, sed in remissionem originalis peccati, omniumque actualium peccatorum, datur per fidem IESV CHRISTI. Hoc autem non fieret; nisi Christus vnus pro omnibus nobis, æterno patri, Adæ debitum soluisset, & veteris piaculi cationem pio cruore deterfisset. Nec antea quisquam ea gratia Spiritum sanctum acceperat, testante in Euangelio Iohanne ac dicente: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: Nec alio modo nisi per sanguinem Christi reconciliationem accepimus, in cuius morte iuxta Apostolum baptizati sumus, & spiritum sanctum, qui vera peccatorum remissio est, accepimus.

¶ Igitur quod ait: Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, sic accipiendum est ac si dixisset: nisi ego ad mortem traditus fuero, necessaria non dabitur vobis paraclesis, id est, peccatorum remissio. Nam si de ascensione accipiatur, repugnat & illud quod antequam ascendisset, imò eadem die qua resurrexit, insufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, videlicet in remissionem peccatorum. Sequitur enim: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ad summum & hoc nemo qui dubitet, quia si mortuus expers Christus, cælos ascendisset, nobis paracletus iste non datus fuisset. Dixit enim: Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, fructum multum affert. Itaque & hoc, & quicquid in illa cœna de abscissu suo dixit, verius, rectius atque constantius de morte quam de ascensione accipimus, & quod ait: Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis, nullo modo melius accipitur, quam vt dictum sit quod posterius dicit: Venit hora vt dispergamini & me solum relinquatis: eadem quæstione, qua per prophetam dixerat: Torcular calcui solus, circumspexi & non erat auxiliator.

¶ Itemque & quod ait: Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis: æquabilis est de passione quam de paternæ dexteræ confessu accipi. Nam quod in cruce rogauerit, quod in morte clamauerit,

Paulus asserit dicens de illo: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui illum saluum facere posuit à morte, cum clamore valido ac multis lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Non enim, postquam ascendit in cælum, clamat vt saluetur à morte: ergo nec rogat, vt paracletus nobis detur, sed dat, iam ex tunc vtens data sibi potestate in cælo & in terra. Sed in cruce rogauit, vt potè paulo minor ab angelis: ascendens autem in cælum, ego mittam promissum patris mei in vos, ait.

¶ Quod verò Apostolus ait: Præsenti tempore interpellat pro nobis Iesus Christus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est à dextris Dei, qui etiam interpellat pro nobis, fortè repugnare videatur, & astruere, quod nunc quoque supradictò sensu roget pro nobis: Sed si modus interpellationis ritè animaduertitur, potius astipulatione firma his, quæ prædicta sunt suffragari comprobantur. Illa nanque interpellatio, doctorum omnium vera assertione, non summissa est postulatione, sed eius passionis, quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacrificium oblata est, æterna commemoratio, semel in conspectu sanctæ trinitatis admissa sanguinis eius innocentis exclamatio, homicidas qui fuderunt, conuincens: nos autem qui bibimus in ministerio altaris, non indiga, sed potenti interpellatione defendens. Alioquin quomodo & antequam ascendisset ait: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: sic & postquam ascendit vt possit interpellat, vel rogat dari nobis paracletum? Sed dicit quis: Rogat per humanitatem, qui dat per diuinitatem. Hoc plane verum est, quia tunc moriens paulo minus ab angelis imminutus, rogauit per humanitatem, nunc autem gloria & honore coronatus, & constitutus super omnia opera patris, dat per diuinitatem, omnem habens potestatem, vt potè à dextris Dei sedens. Vnde sicut resurgens ex mortuis, iam non moritur, sic illum ad hoc, vt rogat patrem iam, nemo inuocat catholicus.

¶ Amplius autem ea quæ dicta sunt constare potuerunt, si conferantur ipsius domini sententiæ, quæ nisi discernantur, videbuntur sibi met contrariæ, videlicet quod ait, rogabo patrem meum & alium paracletum dabit vobis, & cæcæ, & quod posterius in eodem sermone dicit.

Illo

Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Causamque reddens, ipse, inquit, pater amat vos. Statimque idipsum cõfirmat dicens: Quia vos me amatis, & credidistis, quia à Deo exiui. ¶ Quid est enim rogabo, & non rogabo? hoc nempe, quod in passione sua sacrificium futurus & rogaturus erat, vt Paracletum, id est, spiritum remissionis peccatorum acciperet, & sic paries inimicitiarum, qui medius erat inter Deum & homines, in carne eius solueretur. Quo soluto, illo inquit, die, die pacis & consequentis gratiæ, non rogabo patrem de vobis. Quare? ipse enim pater amat vos inquit, id est, semel enim moriens Deo reconciliatus vos in sanguine meo: & sicut superius dixi, pacem reliqui vobis, pacem meam, id est, per me inter Deum, & vos reformatam dedi vobis. Et hoc per fidem & dilectionem vestram, quia vos me amatis, & credidistis, quia à Deo exiui. Itaque quod ait, rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, nullo modo melius accipitur, quam quod in cruce rogauerit, quod in morte sua clamauerit, iuxta supradictam Apostoli sententiã. ¶ Veruntamen, quia ex die ascensionis Apostoli certi facti de potentia eius, expectabant eundem Spiritum sanctum quem promiserat, rectè cantamus & legimus, quomodo moriturus illum promissit, quomodo item ascendens in cælum repromissit, ita vt mortè eius causam donationis effectiuam, ascensionis eius dandi potestatem esse sciamus effectam. Sed iam nunc ad superiora reuertamur.

¶ Huic quartæ dominicæ Euangelio rectè illa præmittitur Apostoli lectio: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminis, &c. ¶ Spiritus sanctus Dei donum est optimum atque perfectum, sine quo natura tam angelica quam humana misera & miserabilis est, & cæca & nuda, quod euidētissimum est tam in demonibus, quam in perditis hominibus. Non enim substantialiter differt à diabolo Michael, à Pharaone Moyses, à Nerone Petrus: sed hoc solo discernitur spiritu, quem isti accipere meruerunt, illi indigni iudicati sunt. ¶ Hoc tantum tamque necessarium donum, duplici ope humanæ subuenit inopiæ: Prima largitione, peccata nobis remittuntur: secunda, diuisiones gratiarum distribuuntur: Et illo beneficio, scilicet remissione peccatorum, vniuersaliter atque vniiformiter effunditur hoc donum, id est, hic spiritus, in omnes: hac autem adiectione, id est, gratiarum diuisione, particulariter atque multiformiter datur alijs aliter. Vnde & Apostolus cū cas-

dem diuisiones partim enumerasset: Hæc autem inquit, omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Vtraque largitio sanctis Apostolis mirabiliter certis temporibus certisque diebus effusa est, id est, die dominicæ resurrectionis in remissione peccatorum, die verò pentecostes abundantia effusione gratiarum ad omnium mox futuram instructionem gentium. Nam dominus qua die resurrexit, mortuus propter delicta nostra, vt ostenderet se resurrexisse propter iustificationem nostram, stans in medio discipulorum suorum, pacem, quam fecerat inter nos & Deum, prima voce nunciauit, dicendo: Pax vobis, statimque insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum. In quo remissionem peccatorum quam sanguine suo acquisierat, sese dare ostendens, non solum illis omnibus quoque, qui credituri erant in illum: statimque adiecit: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et vt essent idonei, remissionem peccatorum, quam acceperant, vniuerso mundo prædicare & testificari: die pentecostes idem spiritus sanctus illis charismatū dona tribuit, vt per hæc, sicut in hodierno lectum est Euangelio, argueret mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ¶ Igitur, vt supradictū est, hæc epistolæ lectio rectè huic præmittitur Euangelio, quia datum optimum, & donum perfectum, non est aliud, nisi iste spiritus sanctus. Qui spiritus, quia gratis datur, imò ipsa gratia est, bene de huius donatore subiungitur: Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Quod non est aliud, quam si dixisset, per gratiam spiritus sancti nos regenerauit, quia per spiritum sanctum semen, id est, verbum suum nostris vt renascemur, mentibus insudit. Item & quod ait: Scitis fratres mei dilectissimi, fit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, magnifico nos erudire poterit exemplo, si illam consideremus sententiam Euangelicæ lectionis, ad quam intendit Ecclesiastici diligens compositor officii. Non enim cuiuslibet, sed ipsius paracleti exemplo, præsumptionem humanæ vanitatis conuenit, dū Euangelio supradictò hanc Apostoli lectionem præmittit. Nā quales nos dominus esse vult ad loquendum, talem ipsum fore asserit paracletum, dicens: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur. Firmissima ratio sententiæ præcedentis, quam proposuerat dicens: Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Remouet namque oppositum, quod est à semetipso loqui, sub quo continetur omne

mendaciu, quod est sine dubio veritati cōtra-  
riū. ¶ Ut aut hoc euidentiū fiat, diffiniām  
vtrūq; contrariū, id est, à semetipso loqui, nō  
à semetipso loqui. A semetipso loqui est, nō  
existētia fingere, quo de peccato diabolu cul-  
pat in Euangelio dñs, dicens: Cū loquitur  
mendaciū, ex proprijs loquitur: quia mendax  
est, & pater eius, subauditur mendacij. A se-  
metipso nō loqui est, existētia proferte, etiā  
si nesciens profert quis, vt Caiphas qui nesc-  
ciēs, imō aliud intendens, dixit expedire, vt  
vnus moreretur homo pro gēte. ¶ Multō ma-  
gis ergo qui scienter existētia profert, nō à se  
metipso loquitur, sicut ipse Christus, qui cū  
sciet̄er existētia profert, verba, inquit, quæ  
ego loquor vobis, à meipso nō loquor: scilicet  
non mendaciū, sed veritatē, quā audiui &  
accepi ante meā, quā videris, humanā naturā  
existētē, sicut & alibi Iudæis dicit: Nunc aut  
quæritis me interficere hominē, qui veritatē  
locutus sum vobis, quam audiui à patre meo.  
hoc aut & Spūs sanctus agit. Veritatē em̄ quā  
audiuit à deo, veritatē increatā deo patri cō-  
substantialē, & cōeternā loquit̄ nobis, verē exi-  
stētē, essentiāq; veracē & incommutabiliter  
permanētē. Vera ergo ratio, nō enim loqui-  
tur à semetipso, sed quæcūq; audit, loque-  
tur, cōprobās id quod proposuerat dicēs: Do-  
cebit vos omnē veritatē. ¶ Quod iterū cōfir-  
mat subiūgēs: Ille me clarificabit, q̄a de meo  
accipiet, & annūciabit vobis: Causamq; red-  
dens cur de meo dixerit: omnia, inquit, quæ  
habet pater, mea sūnt. Quæcūq; em̄ habet pa-  
ter, quæcūq; scit, quæcūq; potest: dedit huic  
qui hæc loquitur dominico homini, sicut ait  
in Psalmo: Dico ergo opera mea regi, ostē-  
dens quid dixisset: eructavit cor meū verbū  
bonū. Omnē suā sapientiā, cunctā fortitudi-  
nē, totum deniq; verbū suū pater in vterū vir-  
ginis eructavit, & humanæ naturæ vniuit,  
propter quod nūc dicit: Omnia quæ habet pa-  
ter, mea sūnt. ¶ Et nō dixit, mea accipiet, sed  
de meo accipiet, & annūciabit vobis. Non em̄  
Spiritus sanctus Apostolis illā sapientiā totā  
cōprehensibilē fecit, sed illa docuit eos, quæ  
erāt necessaria fidei: scilicet mysteria in carna-  
tionis, natiuitatis, & passiois, & resurrectiois,  
quæ discipuli haftenus portare non poterāt,  
quādiū corruptibilē & mortalē esse videbāt,  
neq; doctorē hūc, dari fuerat æquū, nisi prius  
per mortem Christi Deo reconciliaretur ge-  
nus humanum. ¶ Igitur vt Ecclesiasticum  
persuadet officium, quod huic Euangelio su-  
pradicatā laudabiliter præmittit lectiōem:  
non loquat̄ homo à semetipso, sed fit ve-  
lox ad audiendum, tardus autem ad loquen-  
dum, id est, audiat prius quid loquat̄ur in se

dominus Deus, & secundum illum loquat̄ur  
pacem: quod facere noluit Arius, & ideo  
bella & scandala locutus est, & omnes qui  
à semetipso loquuntur, gloria propriam quæ-  
rentes. Secundum hoc donum, secundum pa-  
raclum, veterem cum suis actibus hominē  
deponimus, nouumq; induimus, quod est cā-  
tare canticum nouum: atq; ideo rectē hoc ip-  
sum cantamus in introitu, & in offerenda tu-  
bilamus, quia donum hoc æternæ iubilationis  
efficiens causa est, quæ hic incipitur, & in  
futuro perficietur.

De dominica ante ascensionem domini.  
Caput III.

**D**ominica ante ascensionem domini cō-  
petenter hæc Euāgelij lectiō ponitur:  
Vsq; modō non petistis, quicquam in  
nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium  
vestrum sit plenum. Hæc enim dominus de  
ascensionis suæ gloria locutus est, per quam  
discipuli eius certi facti de illius omnipoten-  
tia, petere cœperunt in nomine eius, vt gau-  
dium eorū sit plenum, & perseverantes vna-  
nimiter in oratione cum mulieribus, & maria  
matre eius, & fratribus eius, decimo die acce-  
perunt Spiritum sanctum. Hæc ergo lectiōe  
opportunē nobis suggeret, vt in nomine e-  
ius fiducialiter petamus, illud ad memoriam  
reuocantes in ascensione eius, quod ait Iohā-  
nes Apostolus: quia aduocatū habemus apud  
patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est  
propicius peccatorum. Nam vt spem nostrā  
ad petendum animaret, abiturus in cælū per  
passionis viā, hoc circa finē sermonis, quē in  
cæna habuit, inculcare & replicare dignatus  
est, subiuncta protinus oratiōe: quæ cōpleta,  
protinus traditus est. ¶ Verū nō qualescū-  
que simus nos, oblatrā Apostolis petēdi facul-  
tatē, nobis æquē vt illis rapiendam esse pute-  
mus. Nisi em̄ illorū similes simus, qui hæc au-  
dire mereātur: quibus & supra secundū Lucā  
dixerat: Vos estis, qui permanistis mecū in  
rētationibus meis: nisi, inquā illorū similes  
simus, eadē fidutiā nos ad petēdum vti non  
possumus. Quapropter hæc Apostoli lectiō  
cōgruē præmittitur: Estote factores verbi, &  
nō auditores tantū, fallētes vosmetipsos. Fal-  
lit enim semetipsum miles, qui auditor, tamē  
non factor imperij, larga pro solo auditō do-  
natia religio sit. Idē post pauca: Si quis aut pu-  
tat se religiosum esse, nō refrenās linguā suā,  
sed seducens cor suū, huius vana est religio.  
¶ Sanē dū petimus linguā, quædā propria lega-  
tiōe fungitur, si absq; freno & oris custodia,  
per ociosa vel etiā noxia verba facile vagat̄,  
difficile dū petit, auditur: quia videlicet à va-  
nis, quibus assuetā est, vsq; ad aures dñi labi-  
oth tan-

oth tantū est interuallū, vt nō facilē mereatur  
audiri. Et his quidē, qui eiusmodi sunt, alibi  
dicit idē Apostolus: Petitis & nō accipitis, eō  
quōd male petatis. His aut qui (sicut ait in fi-  
ne lectiōis huius) immaculatos se ab hoc fe-  
culo custodiūt, exēplo Apostolorū, familiari-  
ter dominus ait: Petite & accipietis, vt gaudiū  
vestrū plēnū sit. ¶ Quorū in typū Helizæus,  
magistrū, non tantū corpore, sed & corde se-  
cut̄, audire meruit. Postula quid vis, vt faciā  
tibi, anteq̄ tollar à te. Et illa meritō concessa,  
cū magna fide vtēs fidutiā: obsecro, inquit, vt  
fiat spiritus tuus duplex in me. Helias etē  
currus Israel & auriga eius, dñm nostrū, præ-  
senti capitulo significat, qui ecclesiā suā vt au-  
riga, verbo doctrinæ suæ regit: & vt currus di-  
uinitatis suæ vehiculo in cælū subuehit. ¶ He-  
lizæus vero, qui semel & iterū atq; tertio rēsi-  
dere sibimet permissus ob amorem magistrī,  
permissō noluit vti: Apostolos atq; apostoli-  
cos exprimit viros, qui ob amorē Christi cō-  
cessis quoc; recusantes vti se sequuntur illū vl-  
tra terminū præcepti, spontanei spectatores  
cōsilij: quod in Euāgelio diues adolescens fa-  
cere nolēs, abijt tristis. Igitur ei qui eiusmodi  
est petenti & dicenti: obsecro vt fiat spiritus  
tuus duplex in me, dicit ascensor cæli dñs Ie-  
sus: Si videris, quādo tollar à te, erit quod vi-  
disti. Si videris, id est, si oculos mētis ad terre-  
na nō deflexeris, sed solis cœlestibus inha-  
ueris, erit quod petisti. ¶ In talib; quippē du-  
plex fit spiritus Christi: quia cū ille mitis in-  
ter homines ambulauerit, sicut significauit  
spiritus sanctus, dū super eum in specie colum-  
bæ apparuit, istos idē spiritus mites pariter  
& zelo feruentis, reddidit. ad subditos nanq;  
prout causa vel tēpus exigit, nūc in virga, nūc  
spiritu veniunt mafuetudinis. Hęc illa iucun-  
ditas est, cuius vocē in introitu vsq; ad extre-  
mum terre nūciare iubemur: hoc illud est be-  
nesciū, pro quo offerēda gentes Deū benedi-  
cere, & in cōmunio ne cātare, & salutare eius  
nūciare cōmonētur: quia nostræ naturæ parti-  
cipē adnocatum habemus, cuius in nomine  
petentes, plēnū gaudiū accipere mereamur.  
De Rogationibus à sancto Mamerto in-  
stitutis. Caput V.

**H**uius spōsionis memor, & in ea spē po-  
nēs sanctus Mamertus, Viēnensis epis-  
copus cū Christianus populus lōga &  
grauī afflictioe vergetur, ausis etiam diuino  
iudicio lupis turmatim cū confertis conflige-  
re hominibus, rabidamq; dentium cædem,  
non solum villis, sed & plenis inferre mœni-  
bus: rogationes feri solēnis ante diem eiūs-  
dem dominicæ ascensionis instituit, vt tan-  
quam abeunti in cælum domini ac dicenti:

Petite & accipietis, humanæ miseræ ambio  
moratio triduanis supplicationibus ambitio  
suis ingereretur, & vt rememorata sponsoris  
potentia fide petentiū spēs roboretur, in eis-  
dem p̄ocessibus triumphatoris cœlos af-  
cendentis insignia, scilicet cruces atq; vexilla  
præferuntur. ¶ Horū vsus in Ecclesia cœpit  
à Constantini tēporibus: qui cū vidisset in som-  
nis signū crucis in cœlo splēdidē collocatū,  
dictūq; sibi fuisset: O Costantine, in hoc vin-  
ce: iussit viros eruditos ex auro & lapidibus  
preciosis in vexillū sanctæ crucis trāsforma-  
re signū, quōd labarū vocabatur. Hoc enim  
signum bellicum inter alia preciosius erat, eō  
quōd imperatore præcedere, & adorari il-  
lud à militibus moris esset. ¶ Sciendū autem  
has rogationes triduanas, litania maiore quā  
beatus Gregorius instituit, esse antiquiores.  
Siquidem à vicesimo Zenonis anno imperij,  
quo mamertus episcopus prædictas rogatio-  
nes instituit, vsq; ad nonū mauricij imperato-  
ris annū, quo diluuiū magnū in sinibus Vene-  
tiæ, & Ligurię, & Italiæ factum est, quale post  
Noë tempus nō creditur fuisse, & subsecuta  
est euestigio pestis in guinaria, quæ cū Roma-  
nus populus penē deleteretur, Gregorius ad-  
huc Leuita, litaniam maiorem indixit, Pella-  
gio Papa eadē peste extincto: paulō plus quā  
centum anni secundum Chronographos in-  
ueniuntur.

¶ Vtrorunq; salutare & opportune traditio-  
nes eodem celebrantur officio, quo cōmone-  
mur per Euangelicam similitudinem, perse-  
uerare pulsanτες ad ostium amici, scilicet do-  
mini nostri Iesu Christi, cuius ostium iā clau-  
sum est, & pueri eius cum ipso sunt in cubili:  
quia videlicet, ex quo ascendens in altum ca-  
ptiuam duxit captiuitatem, in templa sua tan-  
quam in cubili receptus, illic post laborē pas-  
sionis in lectulo consummata gloriæ requie-  
scit, & cum eo pueri eius, id est, sancti, qui de  
mundi huius laboribus exierunt. ¶ atq; inde  
(sicut in introitu cantamus) exaudit vocem  
nostram, si quemadmodum in offerēda cō-  
munitur: Confitemur domino nimis in ore  
nostro, nimis inquam, id est, vsq; ad improbi-  
tatē, propter quam surgat amicus ille Euāge-  
licus, & det amico suo panem, quot quot habet  
necessarios. ¶ Epistola pulsantem ad amici ia-  
nuam competenter animat ad perseuerantiam,  
de Helia proferens exēplū, vt argumen-  
temur à simili, posse amicū vincī improbi-  
tate pulsandi. ¶ Nec desperet qui pulsat, eō  
quōd sit peccator, & exemplum propositum  
est de iusto. Peccatoribus enim propositum  
est. Siquidem peccatoribus loqui se in-  
dicat idem Apostolus, sic incipiens: Confite-

mini alterutrum peccata vestra. Sed hoc est iustitiae principium. Iustus enim in principio accusator est sui, id est, ab accusatione sua incipit iustificari. Peccatorem ergo, sed accusatione sua iustificatum, illa concludit vniuersalis sententia. Multum enim valet deprecatione iusti asidua: & iccirco illi exemplo quoque licet vti, quod propositum est de iusto Helia, ut pulsans, si non amicitiae causa, sicut in euangelio dicitur est, saltem improbitate perseverantiae vincat.

De missa in vigilia ascensionis domini.

Caput VI.

**I**N vigilia ascensionis domini illa ponitur euangelij lectio, qua dominus Iesus mox traditur subleuatis oculis in caelum, dixit: Pater ve<sup>o</sup>ra, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Causa autem cur in huius solennitatis praeventione legatur, haec est: quia quod tunc orauit passurus, quando ascendit, completum esse innouit hominibus: videlicet quia moriens, sicut dicit in Canticis, ascendit in palmam, & resurgens apprehendit fructus eius. Quod quia per ascensionem, ut dicitur est, innouit hominibus ad ipsum forum salutem: homines quippe sine notitia, vel scie eius non saluentur: recte haec, ut dicitur est, oratio legitur, qua hoc ipsum orauit, iam iam per passionis viam, per mortiferi torrentis potum ad illam iturus gloria. Notandum autem, quod cum dixit: Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, protinus adiunxit: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, & omne quod dedisti ei, det eis vitam eternam. Non dixit, & da ei, sed sicut dedisti ei potestatem.

Quamuis enim propter passionem mortis, gloria & honore coronatus sit dominus Iesus, & iccirco Deus illum exaltauerit: quia factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: tamen & ante ipsam mortem, & ante ipsam crucem, dederat ei pater regnum, dederat ei potestatem omnis carnis: sed non erat tempus, ut in eodem regno vel potestate, cum adhuc mortalis esset, clarificaretur. Quod vt euidentius comprobetur, libet de veteri proferre historia similitudinē autenticam, cunctis penē venerabilium litterarum studiosis cognitam.

Ecce sanctus Dauid, qui hunc desiderabilem atque manu fortem Christi nomine suo signauit, factis praefigurauit, repromissione haereditauit. Psalmis cecinit prophetis: alio iuxta modum suum glorificatus est atque alio tempore, Dei dono, regni potestatem accepit. Tunc enim gloria sua glorificatus est, quando mortuo Saul ascendit in Hebron,

susceptus primū a tribu Iuda, deinde ab vniuerso Israel: tunc autem eandem illi Deus dedit potestatem, quando sustulit eum de gregebus ouium, & per manum Samuelis vnxit in regem. in medio fratrum suorum. O quantis a potestate accepta, usque dum regno fruere, interfluentibus potatus est amaritudinibus, quantis persequente Saul, Deus coronā eius fabricās, erudiuit eum laboribus? Plane hac similitudine res quae proposita est, facile colligitur. Sic enim & de minus nosse ante quā clarificaretur ea clarificatione, pro qua nunc orat dicit: pater clarifica filium tuum: acceperat regiam dignitatē vnctus oleo exultationis praeparatū sicut in suis: non tunc primum, quando Spiritus sanctus in specie columbae venit super eum: sed iam tunc, quando in secreto virginis vtero assumptus est homo verus, a vero Deo Dei verbo, per operationem sancti Spiritus, cuius vniuersa plenitudo, quae in illam incarnationē effusa est, bene per cornu olei designata est, quo Dauid in secreto patris domus, ut ignoraret Saul, vnctus est. Et sicut vitulus quem ex praepcepto Dei tulit secū Samuel, sefellit Saul, ut nesciret quid ageretur in domo, nec quicquam opinaretur, praeter quod praetendebat praeparatio vituli, id est, votum sacrificij: sic mortalis natura hominis, quae in mundo apparuit, sefellit diabolū, ut nesciret, quid actum esset in vtero virginis, nec aliquid quid opinaretur in Christo, nisi quod foris ostēdebat caro passibilis, id est, hominem purū, per omnia nostrae obnoxium corruptioni, ut putabat, carnemque peccati: deprehendit tamē processu temporis, posse illum contraire suae tyrannicae dominationi, quemadmodum & Saul daemones, in virtutibus Dauid intellexit, quod contra thronum suum ageretur in illo, per eum qui a se recesserat, & in Dauid dirigebatur spiritus domini.

Igitur quod ait dominus noster, instante mortis articulo, pater venit hora, clarifica filium, ut filius tuus clarificet te, statimque subiungit, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam eternam, tale est, ac si dicat Dauid persequente Saul, in deserto Ziph, siue in deserto maon ad perram diuidentem, quando desperabat se posse euadere a facie Saul, dicat in qua voce, qui exauditor est omnium. memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spē dedisti, vel sicut iurasti Dauid in veritate tua, tunc videlicet, quando tulisti me de ouibus patris mei, & vnixisti me in vntione misericordiae tuae.

Quod autem paulō post ait. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate,

quam

quam habui, priusquam mundus esset, apud te: sic omnino accipiendum est, ut nullatenus verbi diuinitatem ab illa claritate, quam habuit in principio Deus apud Deum obscuratum fuisse arbitremur. Nam neque orat Christus secundū diuinam naturam, sed secundum eā, quae protinus moritura erat, serui formā. Quomodo ergo natura serui claritate prius habita se poscit clarificari, vel quomodo eā priusquam mundus esset, habuit? Videlicet, propter personae vnitatem suam claritatem, illā veraciter asserit esse formam serui, quam habuit priusquam mūdus esset apud patrem, illa quae sibi vnita erat, forma dei. Et sic omnino claritate tūc habuisse costanter dicenda est forma serui, quomodo dicitur de caelo descendisse filius hominis: Sic enim ait: Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo: non enim homo qui videbatur de caelo descendit, sed qui conceptus & natus est de carne Mariae virginis. Itemque homo filius hominis qui, ut dicitur est, de terra carnis conceptus & natus erat, & haec in terra consistens loquebatur, non in caelo erat, sed in terra gradiebatur, paulō post capiendus, crucifigendus, in terra sepeliendus. Igitur quemadmodū propter personae vnitatem, filius hominis de caelo descendit, quia verbum sibi vnitum erat, & vbiq; erat: sic propter eandem personae vnitatem nunc ait orās naturae hominis, clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset apud te.

Sed iam nunc ad eas huius euangelicae lectionis partes sermo concedat, de quibus cetera dependunt officij membra. Post pauca vbi ait: Nō pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi cōtinuo subiungit. Quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et circa finem eius dē orationis. Non pro his tantū rogo, inquit, sed & his qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut sint vniū sicut tu pater in me, & ego in te, vt sint in nobis vnum, &c. Vnum, inquit, sint in nobis, sicut & nos vnum sumus, modo videlicet supradicto, quia quos dedisti mihi, tui sunt, nec in meum vis transiendo, tui esse desierunt, & mea omnia tua sunt, & ideo verius tua quia mea esse ceperūt. Delectat proprius hunc intueri modum communicationis, vt intelligamus ea quae patris sunt, ex eo verius patris esse, ex quo homini Christo data sunt. Hoc itaque non praeterendum, quod antequam in reipublicam dei patris introduceretur hic filius hominis, & sicut Daniel aspexit in visu noctis) adduceretur vsque ad antiquum dierum, quia dedit ei potestatem,

& honorem & regnum, vt omnes populi, tribus, & linguæ & ipsi seruirent immunita atque incōiūcta creatori rerū vniuersitatis, quia videlicet inter creatorem & creaturā nullus erat medius. Nā quicquid erat aut creator erat, aut creatura. Vt ergo mediū inueniretur perfectae societatis vinculū, hic introductus est, qui ex eo creatorē & creaturā firmitus annecteret: quia vnus idēq; Christus vtrūque est, creator videlicet atque creatura. Creator, quia deus, creatura, quia homo. Et licet Apostolus dicat. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, nec sic tamen angeli expertes sunt huius dignationis, quia profecto cū omnis creatura sit homo, habēs esse cum lapidibus, iere cum arboribus, sentire cū pecoribus, discernere cum angelis, cū inquam, homo iuxta aliquid omnis creatura sit, hominem autem Deus assumpserit, relinquitur & angelis gratulari, quod is qui super ipsos creator erat, creatura quoque cum ipsis est. Amplius aut & hoc ad re attinet, quod homo, cum secundum solū corpus quandam visibiliter mundi similitudinē gerat, ex quatuor elementis cōpositus, vnde à Graecis μικροκομος, id est minor, mūdus appellatur, secundū solam animā angelicā substantialis est, & videlicet rationalis atque immortalis, hac sola, vt angelus quoque, à creatore distas substantiali differētia, quod creata est. Itaque & ad angelicę creature exultationē illud attinet, quod Deus homo factus est. Igitur sicut supra dicitur est, vt esset quo creator atque creatura firmitus necteretur, hic in reipublicam creatoris, filius hominis mediator introductus est, qui in humana natura, quod non habuerat accipiens, potestatem nō sibi usurparet, sed iuxta Apostolum, Deo & patri regnum traderet, dicens, vt supra positum est, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Atque hic est modus communicationis & similitudinis, quam intendēs ait: vt sint in nobis vniū, sicut & nos vnum sumus. Quē verisimē tenens sacri compositor officij, huic euangelio lectionem illam de actibus apostolorū praefecit. Multitudinis credentium erat cor vniū & anima vna, nec quisquam eorum quae possi debat, aliquid suum esse dicebat. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Planē per hoc indicat, qualiter accipiendum sit, quod dominus ait orans, vt sint vnum sicut & nos, & quod praemisera, omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Itaque si sole in sua, praefirmitate oculorum, altitudine perspiciere non possumus progressum eius in gradibus suppositis contēplorū, id est, si hominem desicim in communionem trinitatis.

Proue. 16.

Iacob 5.

Iohan. 17.

Cantic. 7.

Hebr. 2.  
Phillip. 2.

2. Reg. 2.  
1. Reg. 15.

Iohan. 3.

Psal. 44.

Math. 13.

Coleff. 2.

1. Reg. 16.

Iohan. 17.

1. Reg. 16.

1. Reg. 23.

Psal. 118. 88.

1. Reg. 16.

Dom. 7.

Hebr. 2.

1. Cor. 15.

Act. 4.

trinitatis sine personarum augmento admifsum, in feipfo perdurare non possumus, quāta plenitudinis sibi cōsciū, dicat omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, ad imitatores eius respiciamus, de quibus dictum est: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, &c. In hoc minori de maiore illo argumentetur. ¶ Necessario concedendum est minus esse communionis, minus esse cōcordiæ vel charitatis, minus gratiæ spiritus sancti in pluribus hominum personis, in multitudine hominum, quamuis credentium, quamuis iuflorum, quamuis in veritate & charitate ambulantium: plus verò in patre & Christo filio Deo & homine, in quo natura humana sic diuina vnita est natura, vt cum illa personā duplicare non valeat, ad eō concordia & charitatis fecūda, vt nulla vnquam defuerit illi sancti septiformis spiritus gratia. Sed ecce in his pluribus & longē minus habentibus, tanta communio, tanta charitatis concordia est, vt in spiritualibus cor illis vnū & anima vna fit, in corporalibus quoq; nihil propriū, sed omnia sint communia. ¶ De corporalibus liquet, quanta sit communionis charitas, quātales profecti sunt, de baptisū o, vt eleganter comparentur gregi tonfarum, quæ ascendunt de lauacro, vt spoliati velleribus rerum quas ponebant ante pedes Apostolorum. De spiritualibus quoq; passim in scripturis, & maximē in Apostolo, clarum & euidens habemus vnitatis indicium. Qui cū dixisset: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idē autem dominus, paulò pōst subdidit sicut enim corpus vnum est, & membra habēt multa, omnia autē membra, cum sint multa, corpus vnum sunt: sic & Christus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius mēbra. ¶ Tale quid & beati Laurentij responsis inuenimus. Qui cū Decio pauperes ostendisset, non de panniculis vel morbidis eorum corporibus, sed de donis sancti Spiritus quē credentes acceperant, dixit: Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquam minuuntur nec decreſcunt, qui in singulis asperguntur, & in omnibus inueniuntur. ¶ Diuisiones nanque gratiarum Pauperes Christi accipiunt, suoq; singuli munere funguntur, sed suam singuli diuissuam gratiam omnibus impartiuntur. Verbi gratia. Spiritus scientiæ, spiritusq; pietatis, bonæ partēs thesauri cœlestis in singulis Petro & Paulo aspersæ sunt, sed in omnibus inueniuntur, dum ab ore Pauli scientia

cūctis auditorib; pro captu auditorū affluit: pietas autem Petri suomet erudita lapsū, cūctis peccatoribus, rite pulsantibus, misericordiam competentis ianuās aperit. Sic vniuerso corpori & oculus videt, & auris audit, nec potest dicere oculus manū, opera tua non indigeo, nec caput pedibus, non estis mihi necessarij.

¶ Igitur illa trinitatis communio assumpte naturæ hominis, longē firmitior vnanimitatis connexio est, propter quam dicit: Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: quem & si nunc videre nō possumus, sicut est, saltem per speculum huius similitudinis nostræ nonnulla ex parte speculamur. Et ecce magnum quiddam & mirabile, cœlestiq; ac cœlorum virtutibus spectabile, apparet in illa beati filii hominis natura, cui cum patre sunt omnia communia, scilicet & quæ in se habet naturaliter, & quæ sub se condidit potentialiter. Habet enim pater in se naturaliter verbum de se natum, sed hoc eructante illo, habet homo ille in seipso, & pacificauit hæc omnia verus hic homo Christus, & super hæc omnia constitutus est, & omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Sedet super thronum pater ille antiquus dierum, sedet & agnus hic filius hominis, imò pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: & (sicut alibi dicitur) potestatem dedit illi iudicium facere, quia filius hominis est.

¶ Omnes ergo gentes, sicut in introitu cātam, laudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, plorante & merore seipsam cōsumēte diaboli inuidia, quia frustrata est, imò quia profuit, dū nocere cupit: quia priusquam caderet homo: tamē erat homo: nūc autem dum casum corrigit, dum ascendit, Deus & homo. ¶ Nunc est dominus, nunc est excelsus, terribilis, rex magnus. Dominus (inquam) est, & in vniuersa terra admirabile nomen eius: excelsus, quia super cœlos eleuata est magnificentia eius: terribilis, quia quemadmodum ascendit, ita ad iudicandos viuos & mortuos reuertetur. Et hic rex magnus, nunc in illa sedet curia victor ad dexterā patris, honore coronatus & gloria, speciosus & expectabilis rex in illa sua beata republica,

patris nō mortuus, sed & nunquā morituri heres, mortuus semel, & vltra iam non moriturus, cūctos patris imperatoris antiqui possidentes thesauros in arca peccatoris sui recondidos, vnde & dona dat hominibus, alij fidē, alij sapientiæ vel scientiæ sermonem, alij discretiōnem spirituum, alij genera linguarum, alij interpretationē sermonū, alij operationē virtutū, & his similia. ¶ Omnes itaq; gētes, vt dictū est, laudite manibus, id est, laudite cū lætitiā benē operamini. Elegantius quicquā præmitti non potuit ad introitum, secundum prædictum Euangelij sensum, siue lætionis Actuum Apostolorum. Nam in eo ait, laudite manibus, & operatio, & supradicta charitatis communicatio, breuiter commendatur. In plausu enim lætitiā, manuumq; concursio conspicitur. Ita ergo manibus laudare iubemur, vt hilari charitate quicquid habemus, quicquid scimus, quicquid possumus, commune faciamus, hoc pacto vnū simus, vt Christus tanquam corpus consona membrorū apertitudine cohæreamus.

De officio in die dominicæ ascensionis.

#### Caput VII.

Officium diei dominicæ ascensionis, gaudium cūctis eius cantat dilectoribus: quia dum eundem redemptorē nostrū ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoq; mēte in cœlestibus habitamus: & spei certitudine iam possidemus rem, ad quam illum peruenisse gaudemus. Nam (sicut ipse ait) vbi cūq; fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ, id est, illic subsequenter veri solis cōtemplatores & amatores claritatis eius, vbi ipse est, quorum animæ virtutum pennis cum terrenorum despectu ad cœlestia subuolant, nec ad terram propter cadavera sese iterū deuolunt. Etenim corpus quo solo huiusmodi aquilæ pascuntur, in cœlo est: corpus inquam Christi, in quo corporaliter habitat plenitudo diuinitatis, quæ angelos pascit, quæ cibus est & vita æterna omnis creaturæ rationalis. ¶ Hoc, inquam, gaudium diei præsentis prædicat officium: sed illud hoc ipsum sollicitat gaudium, quod pariter angelorum decantamus voces dicentium: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Nam ascendit quidem Deus in tribulatione, scilicet Apostolorum, qui adorantes, vt Lucas refert, reuersi sunt in Hierusalē cum gaudio magno, cuius gaudij participes maxime sunt hi, qui in se perfectionem habentes charitatis, fidutiam habent in die iudicij. Ascendit, inquam, Deus in illorum iubilatiōe, sed ascendit & in voce turbæ, id est, cum terrifico eiusdem iudicij præconio, dicē

tibus angelis: Sic veniet quēadmodū vidistis eum euntem in cœlum. ¶ Eorum quippe, qui in pace ecclesie finiuntur, nimirū rarus quisq; est qui ita pugnet, ita legitime decertet, vt illa venientes regis insignia, scilicet crucē clauorumq; signa securus aspiciat, & irruerberat deosculetur cōscientia: qui in quāta erucem suam baiulādo, illum securus sit, vt iure larga reposeat pro laboriosa militia tanti triumphatoris donatiua, imò vt secundum parabola dictum sit ab ipso proposito: rarus est qui talenta, quæ homo hic peregre proficiscens sibi credidit, cum debito lucro reporteret, id est, dona (quæ dedit hominibus, ascendens in altum & captiuū dicens captiuatentes, scilicet carnē, cuius natura nostras mentes in hoc seculo tenet captiuas) ita proximorū utilitatibus impenderit, vt nihil ex eis in terra defolium, id est, in terrenis vsus prauē detortum, ab vltura spiritali vacare permiserit. Sed esto: Inueniuntur interdū qui probē viriliterq; in huiusmodi studiis brachiū suum roborauerit, & merito laudatur: quia cū de fides alii nudis ac desertis erant lateribus, hic multo milite stipatus incedit, & illi regi cum decē millibus occurſurus est ad bellū, id est, ad discipationē iudicij. At illi rex iuxta parabola euāgelicam cum viginti millibus venit: quia videlicet, cū hic seruus bonus & fidelis, tantū de factis suis rationē reddere vix possit, illi dominus eius de cogitationibus quoque rationem exigit, cū redierit. Atq; ita duplici territus interrogationem exercitu, necesse est suis diffidat simplicibus ac dimidiatis responsionibus.

¶ Igitur dum de legatione mittenda & pace roganda, solliciti responsionis pacis eiusdem expectamus, gaudemus quidem, vt supradictum est, in spe, sed hoc ipsum gaudium spei, magna ex parte metus imminuit. Et quia solitudo hæc salubris est, competenter hic epistolæ finalis aculeus, & ad introitū, & ad offerendam frequentatur. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. ¶ Tota autem vis sententiæ, tota pene huius euangelicæ animositas turbæ, magis in ea personat dicti iunctura, quæ verbo apposita est. Sic veniet. Percutit enim acriter infelicem superbiam eorum, qui illum trāsixerunt, perditamque mundi sapientiā ac reprobam fulmine ferit prudentiam: quia tunc verē quod infirmum est dei fortius erit hominibus: & quod stultum est Dei (stultitiā quippe Iesum Christum crucifixum reputauerunt) hominibus sapientius erit, ipsi, cum dolore fatentibus. ¶ Tūc implebitur illis illud Esaiæ terrificum vaticiniū: Domine exaltet manus tua, vt nō videant

Cent. 4.  
1. cor. 12.

1. cor. 11.

1. cor. 12.

1. cor. 11.

Coloss. 1.

1. cor. 11.

1. cor. 11.

1. cor. 11.

Coloss. 2.

Matth. 24.

Iohan. 6.

Luc. 19.

Act. 1.

Luc. 24.

1. cor. 11.

Matth. 24.

1. cor. 7.

1. cor. 6.

Luc. 4.

1. cor. 11.

tua, vt nō videant

videant: subauditur gloriam domini. Gloriam enim domini, id est, diuinitatem filij hominis Iesu Christi non videbunt impij, quam videre salus videntium erit, sed videbunt carnem, quam spreuerunt, illuserunt, conspuerunt, flagellauerunt, spinis coronauerunt, transfixerunt. Hoc etenim secutus ait idem propheta. Videant & confundantur. Quæ confusio malæ conscientia quanta sit exprimens, Et ignis, inquit, hostes tuos deuoret. Tunc tremet angeli & archangeli, impij autem vbi parebunt? Tremet, inquam, angeli, & (sicut ait dominus ad beatum Iob) territi purgabitur, quando Behemoth, qui factus est nullum timeret, qui est rex super omnes filios superbia, mirabiliter creatus, & in sua natura malitiaq; & ferocitate conspicua formidabilis, coram filij hominis fortitudine adducetur, patefactis in ferri visceribus, & videntibus cunctis præcipitabitur. ¶ Et quidem sancti angeli purgatorio terrore non examinandi probantur: solidati namque sunt vt firmamentum, quomodo mollities aquarum fertur in solidum verti crystallum, ex quo peccante illo peccati principe, ipsi peccare nolentes, in hoc remuneratione acceperunt, vt iam peccare non possint: nisi quia conditionis eiusdem cum essent, peccare & ipsi potuissent, possibilitate eandem sibi vnquam fuisse, fortassis intuitu præsentis iræ pauebunt, quam & ipsi incurere poterant, si à gratia deserti fuissent. Ait quippe dominus Effrem, quia ipsa agmina angelorum expauescent in die aduentus eius, & contremiscent. Sed de hominibus sanctis, qui annunciant veritatem Dei, supernorum imitantur officia spirituum, & idcirco commune cum illis vocabulum fortuitur vt angeli vocentur (angelus quippe nomen est officij, non naturæ) de his inquam, hominibus non est dubium quin tremant, & terrore purgantur. Si ergo tremet sancti angeli, vbi parebunt impij? Dies illa super eos dies iræ, dies calamitatis & miseriae, dies magna & amara valde.

De eo quod dictum est, Et sedet à dextris Dei. Caput VIII.

**H**aec itaq; sollicitudo nobis gaudium præsens imperfectum reddit, cuius summam solus in Euangelio Marcus perscribit. Nam cum dixisset, Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in caelum addidit hoc: Et sedet à dextris dei. ¶ Summa quippe gaudij nostri est, quod vera carnis nostræ natura in illo nos hominis filio præcedens, confederat dextris Dei, quem venientem iuxta Danielem in nubibus caeli, hodie venerandus ille antiquus dierum cum

millibus millium sibi ministrantium, & decies millies ceteris millibus sibi assistentium, in illo throno suo flammæ suscepti, digni cano capite suo sententiæ elocutus, iuxta patris ipsius, secundum carnem Dauid, Sede à dextris meis, &c. ¶ Quod non sic accipiendum est, vt Humaniformij putant, quod Deus ita vt nos hinc dexteram atq; inde habeat sinistram, & humana forma circumscripsum sit, aut hoc ipsum quod Deus sedere dicitur, flexis poplitis fieri putandum est: nec illud incidamus sacrilegium, inquit Augustinus, in quo exacerat Apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulachrum Deo nefas est Christiano in templo collocare, multo magis in corde nefarium, vbi vere Dei templum est. Sedere ergo quod dicitur Deus, non membrorum positionem, seu iudicariam significat potestatem. ¶ Et quod ait Christo domino, Sede à dextris meis, id est, in mei æqualitate, quod idem est ac si dixisset, Congrega mecum. Et hoc secundum humanam naturam illi dictum est: quia secundum illam datum est ei regnum & honor, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. vnde in communione canimus: Psallite domino qui ascendit super caelos caelorum ad orientem. Humana quippe Christi natura, dignitate virtutum omnium & sanctitatis, omnem spiritualem excelsi creaturam intantum ascendit vsq; ad orientem, id est, vsq; ad filium sibi personaliter vnitum, quia præter se nihil trahendo, dimisit. ¶ Vbi notandum, quia non dixit ad ortum vel oriturum, sed ad orientem. Illa enim ineffabilis genitura, non secundum præteritum & futurum consideratur, sed sempiterno presenti filius patre generatur. Veruntamen hoc localiter quoque accipiendum est, quia ascendit super firmamentum caeli, & hoc versus orientalem plagam. Nam quod dictum est, vsq; ad orientem, id est, vsq; ad filium sibi personaliter vnitum, non vtiq; secundum locum, sed secundum humanæ naturæ immutationem dictum est, qua immutatione & nos iuxta Apostolum pro modo nostro immutabimur. ¶ Nec verò sic immutata est, vt in illam orientis substantiæ vera carnis substantia transiret, sed accessit gloria, non decessit natura: absorpta est passibilitas, successit impassibilitas: perijt mortalitas, acquisita est carni verbi coæternitas. Sic in similitudine lapidis aquæ durantur. Crystallum namque similitudo lapidis est, non suapte natura lapis: quia durata gelu aquæ substantia, sicut aiunt phisici, speciem hanc efficit. Quod ad prædictam immutationem carnis apta similitudine

tudine referri Gregorius perhibet in Ezechiel, dum dicit: Corpus redemptoris nostri, quia vsq; ad mortem passioni subiicit, aquæ simile iuxta aliquid fuit: quia nascendo, crescendo, lassescendo, esuriendo, sitiendo, moriendo vsq; ad passionem suam per momenta temporum decurrit. Sed quia per resurrectionis suæ gloriæ ex ipsa corruptione in incorruptionis virtutem cõualuit, quia crystalli more ex aqua duruit, vt in illo & hæc eadē natura, & ipsa iam quæ fuerat, corruptionis immutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum versa est, quando incorruptionis eius infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis est firmitate solidata. Et notandum, quia cum species crystalli perpulchra sit, dicitur in hac significatione, quasi aspectus crystalli horribilis: quia redemptor noster vnus idemq; serenus iustus, iniustus autem (vt supra dictum est) apparebit terribilis. ¶ Igitur sicut aqua, non pereunte substantia vel substantiæ quãtitate, sed solum qualitate, quæ fluxa fuerat, in soliditatem transeunte, in similitudinem lapidis duratur, sic dominicus homo, cui passimus, non pereunte substantia membrorum, quæ seruato numero vel quantitate, ascendit primū, quoniam resurrexit, ascendit (inquam) in localiter ad orientem, id est, diuinitatis (de qua supra dictum est) cõformitatem atq; coæternitatem sola penitus absorpta quasi fluxa qualitate, secundum quam timuit, potuitq; cadere & pauere, & dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, & cetera talia, secundo aut ascendit & localiter hac die, videtibus Apostolis, super firmamentum caeli (vt supra dictum est) ad orientem, id est, ad orientalem plagam. ¶ Vbi autem & quomodo sit dominicum corpus in caelo, curiosissimum & superuacaneū est querere, inquit Augustinus in libro de fide catholica. Tantummodò in caelo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ, caelorum secretis discutere.

Quod authoritate Euangelij processio fiat in die ascensionis dominicæ.

#### Caput IX.

**Q**uod hac die processionem agimus, illud nobis commendat, quod dñm nostrum sequi debeamus in ipsum caelum, quo præcursor ipse introijt, per eandem obedientiam viam, quam ipse, factus obediens vsq; ad mortem, exemplo suo præmõstrauit. Nam & ipse mox ascensus in caelum, hoc ipsum significare dignatus est, sicut Lucas Euangelista refert. Cum enim dixisset dominus, Ego mittam promissum patris mei in vos, vos autem sedete in ciuitate, quoadufq; induamini virtute ex alto, secutus Lucas adiunxit: Eduxit autem

eos foras in Bethaniã. Eductione illa, quod nos eum sequi debeamus (vt prædictum est) nomine Bethaniæ (quod interpretatur obedientia) significauit, quod imitatio eius obedientiam, membra eius esse, & cum illo omnia verbo virtutis suæ portante, ascendere valeamus. ¶ Rẽtẽ itaq; de responsorijs, quod magis ad eandem pertinet educationem, diligentioris ecclesiæ ordines cantant in hac processione, vt nos responsorij hoc, Eduxit dominus Iesus discipulos suos foras in Bethaniã, & benedixit eis, quod ex Euangelio Lucae sumptum est. Hoc enim cantando & procedendo nobis inuicem loquimur, & commemoramus id ipsum, quod illa dominus educatione significabat, videlicet quod sequaces eius de mundo foras exire debeant, sicut iam dixerat illis: Ego elegi vos de mundo, vt eatis & fructum afferatis. Quo eatis? Vtiq; in vniuersum mundum. Nam hoc est, quod & tunc ait illis secundum Marcum: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. In quo Iudæos palam percutit vanè gloriates, quod peculiaris populus Dei sint. Nam præter hoc quod iuxta aliquid (vt ait beatus Gregorius) homo omnis creatura est, habet enim esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum bestiis, discernere cum angelis, præter hoc (inquam) Iudæos (vt dictum est) percutit, dicendo, omni creaturæ. Compendio quippe vsus est, dicendo, omni creaturæ, pro omni homini. Si dixisset, omni homini, reddeda erat ratio, cur non Iudæo soli. Quæ autem ratio melior poterat reddi, nisi quia sicut Iudæus creatura Dei est, ita & gentilis? Vnde Apostolus ait: An Iudæorū Deus tantus? nonne & gentium? imò & gentium. Pulchre igitur compendio vsus est, dicens, omni creaturæ, quo nomine simul & omnem exprimit hominem, & præcepti sui iustam apponit rationem. Cur eadem processio non ante, sed post tertiam agatur. Caput X.

**V**m igitur hac die processionem rationabiliter agamus, nihilominus & hoc rationabile est, quod non, sicut in die Paschæ vel cæteris dominicis, antequam tertia cantetur, sed ea cantata celebratur, sola namque processio dominicalis, quia tunc aqua benedicitur in memoriam & venerationem faceri baptisimatis, sicut aliàs iam dictum est: sola (inquam) eiusmodi processio tertiam præcedit, qua hora Spiritus sanctus super Apostolos aduentus, vt fuit baptisimatus, & sic Spiritum sanctum accipimus, sic aqua benedicta prius nos & loca nostra respergamus, & sic aduentus Spiritus sancti memoriale, scilicet horam tertiam decantemus. Cur autem dominica

N die

1. Pet. 4.  
Iob 4.

Rom. 1.

Iohan. 15.

Math. 16.

Math. 16.

Marc. 14.

Dan. 7.  
Psal. 69.

Rom. 3.

Marc. 16.

Dan. 7.

Philip. 2.

Luc. 24.

1. Cor. 15.

die sic nobis baptismatis sacri memoria reno-  
uetur, supradictū est, vbi de sacra Paschæ so-  
lennitate vel ordine pro posse diximus, hæc  
ergo & cetera, quæ absq; aquæ benedictione  
aguntur, pro celsiones, iure premiffam sequū-  
tur horam tertiam, & secuturo sine interrup-  
tione iunguntur officio missæ.

De Dominica post ascensionē do-  
mini. Caput XI.

**D**ominica huius officii vox est aposto-  
lorum, qui iuxta præceptū domini ascen-  
dētis, sedebāt in ciuitate, quoaduq;  
induerentur virtute ex alto, vt erant vnanimi-  
ter orantes cum mulieribus & matre Iesu,  
sicut in Actibus Apostolorū legitur. ¶ Nō so-  
lum autem illorū, sed & nostra vox est corde  
& ore proferēda in aures domini, vt spiritus  
eius gratia dignanter ad nos vsq; descendat,  
quia videlicet corporis eiusdem, in quo præmi-  
nent apostoli, nos quoq; membra sumus  
licet vltima. Descendat, inquam, in nos vn-  
guentū illud, quod plenariē redundās capite  
id est, in Christo, descendit primum in barbā  
aaron, id est, montani, scilicet eiusdē Christi  
domini nostri, super montē cæli exaltati: in  
barbam, in quā, id est, in fortes atq; perfectos  
viros, patres nostros apóstolos, descenditq;  
& in ora vestimenti eius, id est, in vicinos Apo-  
stolis electos ex Iudæis, & sicut ros descendat  
in montem Sion, id est, in omnem ex nobis  
gentibus fidelem. ¶ Huic ergo expectationi  
presētis Introitus officij valde congruit.  
Exaudi domine vocem meam, qua clamaui  
ad te, Psalmo nanque vicesimo sexto descri-  
ptum est hoc, titulus hic inscribitur: Psalmus  
Dauid priusquam liniretur, id est, in regem  
vngeretur. Qui & mittit nos ad historiam.  
¶ Dauid adhuc in domo patris sui, scilicet  
Bethleem, puerulus vnctus est à Samuele,  
regem illum futurum spiritu sancto sic præ-  
signante. Deindē vnctus est in Hebron, &  
super tribum Iuda, tamen regnauit mortuo  
Saule. Postea verò tertio vnctus est, quan-  
dò totius Israelitici populi prouinciam accep-  
tit. Quæ vnctioes nobis mystificant aliquid.  
¶ Sicut enim tertio vnctus est Dauid, sic qui-  
que fideles participes debent essent ternæ vn-  
ctiois. Prius in baptismo, vbi gratia Spiritus  
sancti innouatur: secundo, quando per im-  
positionem manuum episcopi donis eiusdē  
Spiritus sancti argumentatur: tertio, in die iu-  
dicij, quando eiusdem spiritalis gratiæ perfe-  
ctam dulcedinem adipiscuntur. Non est autē  
credendū Dauid fecisse hūc psalmū, antequā  
in domo patris liniretur, sed an post illā vn-  
ctioem statim, an post secundam fuerit, in-  
certū est. At nos quidem post secundam vn-

ctioem in expectatione tertie hoc officium  
canimus, iam enim impositionem manuum ab  
episcopis accepimus. Apostoli autem quorū  
expectationem imitatur, secundam post pri-  
mam vnctioem præstolabantur. Nam illi  
post peccatorum remissionem, quam in mor-  
te Christi acceperant, in sufflante illo ac dicē-  
te: Accipite Spiritum sanctum, quorum remi-  
seritis peccata, remittuntur eis, manuum im-  
positionem expectabant de cælo, ab eodem  
pontifice magno, qui penetrauit cælos, Iesu  
Christo, quæ secunda extitit illis vnctio.

¶ Nos autem, hac secunda per illorum officium,  
ab Episcopis cum sacro chrismate acce-  
pto, tertiam expectamus gratiam pro gratia,  
quam in illa cælesti percipiēmus Ecclesia,  
tanta plenitudine, vt meritū vocetur ebrietas,  
& affluens voluptas, sicut dicit Psalmista:  
Inebriabuntur ab hubertate domus tue, &  
torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et E-  
saias dicit: Dicit Dominus, cuius ignis est  
in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Do-  
num quippe Spiritus sanctus in Sion, id est,  
in præsentī Ecclesia, quantumlibet ignis est,  
in Hierusalem autem, id est, in cælesti patria  
caminus plenus & indeficiens est. Igitur se-  
cundum prædictam expectationem cantamus  
in Introitu: Exaudi domine vocē meam qua  
clamaui ad te, & quia non sufficit vox corpo-  
ris, addimus: Tibi dixit cor meum, quasi-  
ui vultum tuum, & cæc. ¶ Epistola qualiter  
hoc ipsum orare debeamus, indicat dicens:  
Estote prudentes & vigilate in orationi-  
bus, & cæc. Euangelium, cum venerit para-  
cletus, quem ego mittā vobis à patre, idcirco  
congruē legitur, quia promissionem eādem  
apostoli expectabant, proculdubio in mente  
& in ore habebant simul & orationem, quam  
in fine sermonis pro ipsis & pro nobis, qui  
per verbum eorum credituri eramus, orauit  
ad patrem. Propter quod & communio con-  
gruit: Pater, cum essem cum eis. Offerenda  
quoque: Lauda anima mea dominum, ab  
re non discrepat, quia sic scribit Lucas: Et  
erant in templo laudantes & benedicentes  
Deum.

Cur hæcenus apostolicæ literæ ad vigilas  
lectæ sunt. Caput XII.

**I**dcirco per hos dies dominicæ resurrectio-  
nis, id est, à Pascha vsq; ad Pentecostē, apo-  
stolicæ literæ lectæ sunt in vigiliis noctur-  
nis, videlicet actus Apostolorū, apocalypsis,  
cum septem canonicis epistolis, quia testimo-  
nium personant eiusdem resurrektionis, si-  
cut scriptum est, quia virtute magna redde-  
bant apostoli, videlicet tam voce, quam lite-  
ris testimoniū resurrektionis domini nostri  
Iesu

Iesu Christi. ¶ Diebus autem quibus tempus  
illud significatur, quo ante passionē suā in  
hoc mundo vixit dominus, idcirco Paulus le-  
gitur Apostolus, quia penē vbiq; tota inten-  
tio eius est approbare gratiam toti mūdo, id  
est, tam Iudæis quam gentibus fuisse necessa-  
riam, nec vllū ex operibus legis, sed sola fide  
Christi posse saluari. Itaq; toto tēpore, quo  
fuit antē, siue post passionē suā domini no-

stri præsentia cōmemoratur, cōgruē noui te-  
stamētī præcones loquuntur, vt quasi ab spō-  
si præsentis huberibus, filij eius lacte cōsolu-  
tionis poterunt. ¶ Hæc siquidem scripturæ hu-  
bera illa sunt, de quibus idem sponso in Cā-  
ticis ecclesia dicitur: Quia meliora sunt hubera  
tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Finis libri IX.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE DIVINIS OFFI- CIIS, LIBER DECIMVS.

De aduentu seu diuinitate siue operatio-  
ne sancti spiritus. Caput I.



Vā venerabilis & amplectē-  
da sanctæ matri ecclesiæ fi-  
liūq; eius vniuersi debeat  
esse de aduētū Spiritus san-  
cti solēntas, cōsiderata per  
sonæ aduenientis dignitas,  
simulq; causā aduentus eius euidenter demō-  
strat. ¶ Ipse enim Deus & dominus est, patri  
filioq; consubstantialis & cōæternus, increa-  
tus, atq; immēsus: vt potē creatricis tertia per-  
sona trinitatis, cuius absq; gratia, nulla in or-  
dine cælorum consistit creatura rationalis: à  
quo recedens angelus, diabolus factus est, ad  
quem accedens homo, Deo similis redditus  
est. ¶ Causā autem aduentus eius hæc est,  
vt quia sponso ablatu est, filiorum eius cu-  
ram atq; tutelam pupillorum suscipiat, & te-  
stamento patris legatam illis, imò sanguine  
eius conscriptam hæreditatem, aduocatione  
legitima defendat, in omni prætorio, coram  
quamuis iudice, rege aut tyranno siue princi-  
pibus terræ. Proponenda nanq; erat lis in iu-  
dicio de terminis paternæ possessiōis: & quū  
antiquus dierum dixerit huic, de quo loqui-  
mur, sponso, pupillorum patri: Postula à me,  
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam & pos-  
sersionem tuam terminos terræ, futuri tamē  
erant qui hæreditatem eius nimium vellent  
angustare, aut etiā annullare, vt Iudæi, qui in  
sua tamen synagoga: vt Donatus, qui in sola  
coartare contendit Africa: vt pagani, qui nul-  
lam illius possessionem vquam esse volebāt.  
Præterea cælorū prædia, quæ perdere po-  
terant filij supradictō patris testamento, sibi  
met legata, infidiatibus malignis spiritibus,  
tutorem hunc fidissimum adesse oportebat,  
qui illos erudiret, protegeret, atq; pro delin-  
quentibus interueniret. Nā quid oremus (in-  
quit Apostolus) sicut oportet nescimus, sed  
ipse spiritus pro nobis postulat gemitib; in-

enarrabilibus. ¶ Igitur iuxta personæ adueni-  
entis dignitatē, & aduētus causam, gloriosa,  
splendida, venerabilis, & dulcis est sanctæ ec-  
clesiæ domui solēntas hæc de aduentu Spi-  
ritus sancti, equē vt illa sacro sancta festiuitas  
dominicæ resurrektionis, quia videlicet sicut  
nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuit.  
scilicet nihil nobis redimi profuit, nisi Spi-  
ritu sancto illuminari, & peccatorum remissio-  
nem accipere profuit.

Qua autoritate sabbato Pentecostes, sicut &  
sabbato Paschæ baptizandum sit.

Caput II.

**Q**vapropter hæc duo tempora, id est, Pa-  
schæ & Pentecostes, à Romanis ponti-  
ficibus ad baptizandū præfixa sunt. Vn  
de magnus Leo scribēs ad vniuersos per Sici-  
liam constitutos, cum de sabbato sancto Pa-  
schæ, quo baptizandū sit, dixisset, adiecit. ¶ Ad-  
ditur sanē huic obseruantia, etiā Pētecostes,  
ex aduentu Spiritus sancti, solēntas, quæ de  
Paschalis festi pēdēt articulo, & cum ad alios  
dies cætera festa pertineāt, hæc semper ad eū  
diem, quæ resurrektionē domini est in signis,  
occurrit, porrigenis quodammodo auxiliātis  
gratiæ manū, & eos quos à die à Paschæ, aut  
molestia infirmitatis, aut longinquitas itine-  
ris, aut nauigationis difficultas interclusit, in-  
uitās, vt quibuslibet necessitatibus impedi-  
ti, desiderij sui effectum dono Spiritus sancti  
consequantur. Et paulō post: ¶ Hocaūt nos  
non ex nostra persuasione defendimus, sed  
apostolica autoritate satis idoneo probamus  
exēplo, sequētes beatum Petrū apostolū, quæ  
in ipso die, quo omnium creditū numerū  
promissū Spiritus sancti repleuit aduētus, tri-  
um miliū populū sua predicatiōe cōuersum,  
lauacro baptismatis cōsecrauit, quod sancta  
scriptura, quæ apostolorū continet actus fide-  
li historia docet, dicens: His auditis, cōpū-  
cti sunt corde, & dixerunt ad Petrū & ad reli-  
quos Apostolos: Quid faciemus viri fratres?

N 2 Petrus

Petrus verd ad illos: Pœnitentiã, inquit, agite, & baptizetur vniquisq; vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, &c.

Matth. 28.  
Luc. 11.

¶ Digna sanè & iusta tanti domini reuerètia, quoniam æquitas paribus in rebus paria iuria desiderat, vt quia filius non nisi in digito Dei fortè armatù resurgendo deuicit, & vasa eius diripuit, atq; mundauit, æquè huic digito Dei, scilicet Spiritui sancto, aduenienti, sicut & filio resurgèti suù repræsentetur opus, id est, sacri baptismatis effectus, maximè quia baptismatis eiusdè regeneratio, propria sancti spiritus operatio est. De cuius regenerationis sacramèto nõnulla superius in sancto Paschæ sabbato, simulq; de lectionibus & cæti bus ad idem sacramentù pertinentibus, quãtũ propolita breuitas permisit, exposita sunt, quæ digna quæsitũ videbantur.

Quid pertineat ad sancti spiritus gratiam, lectio, Tentauit Deus Abrahã. Cap. III.

**V**Eruntamen nũc illud prætereundũ nõ est, quid ad baptismi gratiam pertineat illa, quæ de hac die legitur lectio: Tentauit Deus Abraham. De qua re quærentibus facilis & aperta patet respõsio, quia videlicet in illa, quam celebramus, effusione sancti spiritus, illud impletũ est, quod in hac lectioe patri nostro Abrahæ Dñs ait: per memetipsum iurauit, quia fecisti hæc rem, & nõ peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Maximèq; quod addidit: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorũ, atq; in semine tuo benedicentur omnes gètes terræ, pro eo quod obedisti voci meæ. Illud, inquam, nũc impleri cœptum est, quãdò Spiritus sanctus Apostolorum pectora inuisibiliter penetrã, nouum dedit sanctificationis signũ, vt in ore eorum omnium genera nascerentur linguarum, Sanctus enim Spiritus tũc omnibus dari cœpit gentibus, manifesto, super gentiles Cornelium & alios nõnullos veniens signo, qui vna & sola Dei benedictio est, qua benedicuntur omnes gentes in semine Abrahæ, qui est Christus, quem in vtero virginis idè Spiritus sanctus præuenit in benedictionibus, id est, omnium gratiarum suarum effusionibus, vt de plenitudine eius nos omnes acciperemus. Tractus hanc lectionem idcirco nullus prosequitur, quia canticum pater Abraham pro hoc factò nullum cecinisse scribitur, quippè quibus vel cum quibus caneret non habebat, vnus & penè solus Dei cultor, idemq; in terra aliena peregrinus. Cætera, vt supra dictum est, in officio sabbati Paschalis pro posse dicta sunt.

Gen. 12.

Act. 2.

Quòd in honorem septiformis spiritus, septem sint officia, quinta vacante feria.

Caput IIII.

**I**N cunctis sacrosanctæ solennitatis huius officijs autoritas Spiritus sancti præminet, cuius & maiestas materiam præbet, quod maximè in epistolis, sumptis de actibus apostolorum, clarum est, in quibusdam tamen Euangelijs, vel his quæ ad introitus officiorũ, vel quæ dicuntur in offerendis, non aded liquet in superficie literæ, quòd personam vel propriam sancti Spiritus operationem prædicet: sed si perscrutemur, & vt ad latentia granaperueniamus, spicas manibus confricemus, cuncta ad illius operationem atq; ad baptizatorum cõpetentem pertinere patebit instructionem. ¶ Sunt autem ab hoc sabbato vsq; ad aliud sabbatum officia septem: vno die, id est, feria quinta proprium non habente, sed de dominica mutuante officium, videlicet in veneratione postea septem eiusdem Spiritus sancti donorum. Sed in his eo contenti non erimus, vt iuxta propositum in officijs quaramus partium concordiam, magisq; officic nostræ salutis inquirendo, venerabimur sancti spiritus diuinitatem. ¶ Dignum quippè est, vt prophetica vel euangelica seu apostolica pensando dicta, quæ in his congesta sunt officijs, organistam antiquum suis ex vocibus, non recentem agnoscamus esse Deum, præsertim cum in his quoque, quæ hoc minus in litera personare videntur, magnificentius interdum conprobetur, interiore fideliter ponderato sensũ, vt est illud: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

Cur apostolus Paulus eos, qui in Iohãnis baptismate baptizati fuerant, nihilominus baptizari fecerit. Cap. V.

**L**ectio actuum apostolorum, Factum est cum apollo esset Corinthi, &c. Cunctis huius hebdomadæ diebus lectiones de actibus apostolorum sumptæ, sancti Spiritus euidenter prædicant potentiam simul & gratiam, qua teneram nascentis Ecclesiæ, cum tanta dulcedine lactabat infantiam, vt imponentibus manus apostolis, loquerentur linguis fideles & prophetarent. Sed hodierna, id est, sabbati lectio, vnicam baptismi Christi commendat dignitatem, in eo quod Paulum discipulos, qui baptizati fuerant in Iohãnis baptismate, rebaptizasse, imò quia baptizati non fuerant in nomine domini Iesu, baptizasse cõmemorat. ¶ Causa autem manifesta est, videlicet quia baptismus Iohãnis nõ ad eandem virtutem pertinuit, quam operatur in nobis baptismus Christi. Primo, quia

Iohã-

Iohannes baptizabat in pœnitentiam, Christus verd baptizabat in remissionè peccatorum. Deinde, quod maximum est, Iohannes nõ baptizabat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, quæ sola & vnica regula est baptizandi, quam suo sanguine conscriptam, saluator post resurrectionem suam & non ante discipulis suis contradidit. ¶ Quæ tantæ virtutis atq; autoritatis est, vt quantacũq; dicat quis inter missionè, si cuncta ex ordine quatuor Euangelia præcurrat, totãq; fidei catholicæ decantet expositionem orthodoxam, hanc autem solam omittat regulam, verbum abbreviatum quidem, sed consummans: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Si, in quã, illud omittit, non fecit opus baptismi, atq; idè frustratus, qui sic intinctus est, nihilominus baptizari indiget. Quòd si sola hæc verba deprompta fuerunt, quicumque sit ille verbi & aquæ minister, quicumque baptizet, siue cõluba, siue coruus, id est, siue castus, siue adulter aut ebriosus, siue catholicus, siue hereticus, siue etiam ludo quis fortè baptizet: nullatenus baptismus licet iterari, ne tanti nominis inuocatio videatur annullari. Vnde licet ferè nemo dubitet, libet tamen quiddã ad hoc pertinens inserere, quod Ecclesiastica de Athanasii principiis refert historia.

1/1.10.

¶ Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander episcopus agebat, cum post expleta solennia, conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret, in loco mari vicino videt eminus puero- rum super oram maris, ludum, imitantium (vt fieri solet) Episcopum, atq; ea quæ in Ecclesiis geri mos est. Sed cum intètus diutino pueros in spectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus illico vocari ad se clericos iubet, atq; eis quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumq; adessent, quis eis ludus, & quid egissent vel quomodò, percontatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi negare primo, dehinc rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos à se esse quosdam catechuminos confitentur per athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tũ ille diligenter inquiris ab his, qui baptizati dicebant, quid interrogati fuerint, quidue respõderint, simul & ab eo qui interrogauerat, vbi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare, collocutus cum concilio clericorũ, statuisse traditur, illis, quibus integris interrogationibus & respõsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed

Athanasius  
dum puer es-  
set, per ludu  
vtrò baptizæ-  
uit quidam.

Act. 19.

1/1.10.

adimpleri ea, quæ à sacerdotibus mos est.

¶ Manifestum est igitur, baptismum Iohãnis longè imparis fuisse virtutis à baptismo Christi, neq; vlla questione opus est, cur apostolus Paulus eos, qui tantum in Iohãnis baptismate baptizati fuerant, nihilominus baptizari fecerit: quippè qui interrogati, si Spiritũ sanctũ accepisset credentes, responderũt: Sed neq; si Spiritus sanctus est, audiuimus. In quo satis liquet, quantæ imperfectiois baptismus Iohãnis fuerit, in quo nec nominabatur is, in quo solo baptismi subsistit virtus, Spiritus sanctus, in quo baptizatur Christus, sicut idem Iohãnes ait: Ego baptizo vos in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Et item: Qui misit me, inquit, baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in eo, ille est qui baptizat in Spiritu sancto.

Iohannes non  
baptizauit in  
spiritu sancto,  
sicut  
Christus.

Act. 9.

Matth. 3.

Iohã. 12.

De proprietate cõsolationis, secundũ quam Spiritus sanctus alius datus est paraclætus. Cap. VI.

**S**piritus sanctus, sicut alia persona est quæ filius, sic proprietate cõsolationis suæ qua cõsolatur nos, alius est paraclætus, propter quod Dei filius multa de seipso locutus, ait in hodierna lectione sancti Euangelii: Et ego rogabo patrem & alium paraclætum dabit vobis, quod vt tandem commodius pateat, discretionè diligenti opus est, ad cognoscendum quid propriè per filium, quid propriè pater, in creaturis operetur per Spiritum sanctum.

¶ Omnium substantia creatorarum per filium condita est, sicut Euangelista testatur, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed omnib' exceptis quæ ad præsens negotium non pertinent, de angelica & humana tantum substantia dicendum est.

Iohã. 14.

Iohã. 9.

¶ Omnis humana vel angelica creatura, omnesq; substantiales qualitates, sine quibus nusquam illa potest vel cogitari substantia, videlicet esse, viuere, sentire & discernere, quæ naturaliter insunt, & idcirco eidè abesse substantiæ non possunt, per filium simul cum ipsa substantia conditæ sunt. At verd benè esse, sanctè viuere, rectè sentire, prudenter discernere, vel sapienter intelligere, accidentales qualitates per Spiritum sanctũ apposite sunt. Quas ex eo constat accidentales esse, quia videlicet ad sunt bono, & absunt malo homini vel angelo, natura vel substantia permanente. Et ne quis calumnix locus pateat videatur, sic dictum est, has qualitates accidentales esse, cũ ipse Spiritus sanctus, cuius hæc dona sunt, substantia sit, sicut mulieri proculdubidò

In hominibus  
& angelis a-  
lia per filiu  
alia per Spi-  
ritum sanctũ  
facta sunt &  
fiunt.



accidens est, factam esse, cum semen, quo impregnata est, vel illud de quo & per quod semen in ea transfusum est, substantia sit. ¶ Sed vt ad proposita redeam, in niamiam patiuntur penuriam, qui solius creatricis potentie beneficium assecuti, solis naturæ suæ bonis vtentes, quæ per verbum creata sunt, necdum meruerunt superioribus ornari, quæ à patre & filio datur per Spiritum sanctum. Amplius verò miseri sunt, qui illa nunquam accipere merentur, nondum tamen diuinæ dispensationis ordo poscebat, vt iam acciperent, iacq; perficerentur. ¶ Et quod inter eos filius Dei erat, quod nondum spiritu dato cum illis loquebatur, sed per Spiritum sanctum conceptum & imprægnatam animam fidelis.

¶ Sed sicut solo nunquam amica concipit osculo, sic animæ illorum impregnari non poterat virtute verbi, quod est semen Dei patris, nisi per ingressum Spiritus sancti copula Dei nostrarumq; animarum perficeretur, & per illud vsq; ad interiora ventris earum semen, quod est verbum Dei, perferretur. Quo factò, statim renuit consolari anima eorum in temporalibus seu naturalibus humanæ creaturæ bonis, & idcirco omnem rerum sæcularium consolationem respuerunt, quia memores fuerunt Dei, id est, intellexerunt Deum esse incomparabiliter dignius & altius bonum, & hoc intelligentes delectati sunt. ¶ De hac patris & sui cognitione, paulo superius dixerat dominus: Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Nā de qua cognitione dixit, nisi de experimento amoris? Si quidem pro experimento copulæ naturalis, in sacra scri-

*egenti & miseris homines, id est, solis naturalibus.*  
*Luc. 6.*  
*Christus corporaliter præsentia præparabat apostolos ad gratiam Spiritus sancti.*  
*ioh. 14.*  
*Canti. 1. 2.*  
*videm.*  
*ephe. 5. 2.*  
*Non per solum uerbum, sed per Spiritum sanctum conceptum & imprægnatam animam fidelis.*

*psal. 67.*  
*Cognitio Dei est, per amorem, qui est Spiritus sanctus.*

*iohan. 14.*

ptura tam honestè quam propriè dici confuevit, uirum uxorem, vel uxorem cognouisse uirum. Quia similitudine, quia cognoscendus erat Deus ab Ecclesia, per passionem filij, qui hæc loquebatur, acquisita, statim addidit: Et amodo cognoscetis eum. Et quia sic cognouisse uidisse est, continuo subiicit: Et uidistis eum, præteritum ponens pro futuro, quod certissimè futurum est, eo loquendi more, quo & paulò post dicturus est, Et iam non sum in mundo. Quod si cui non placet, ostendat quomodo aliter quam per amorem suum Deus ueraciter vel utiliter cognosci potest, aut quomodo iam uiderunt patrem, cum ipse filius nunc dicat: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. In qua propositione præcedens atq; consequens, discipuli non coherentè arbitratur. ¶ Vnde ait Philippus: Dñe ostende nobis patrem, & sufficit nobis, ac si dicat: Te quidè ostendisti, & uideamus te tantummodo, patrem nobis ostende. At ipse hunc illorum non approbans sensum, quia nihil super esse putabat de filio quod non uiderent, cum & ipse sit Deus, qui æquè ut pater corde uideatur, sicut alibi dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, ait: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Nō enim me cognouistis, qui uisum me secundum hominem, totum uidisse putatis. Qui uidet me, uidit & patrem. Sed patrem nō uidistis, sicut ipsi fatemini, ergo nec me uidistis, quia ego in patre & pater in me est. Quod non localiter accipiendum est, nec sic esse potest, sed hoc est quod ait: Cognitione patris in cognitione filij, cognitio filij in cognitione patris est. ¶ Quæ cognitio patris & filij per Spiritum sanctum uera est sanctorum consolatio.

*iohan. 17.*

*iohan. 14.*  
*Dominus ostendit de nobis patrem.*

*matth. 5.*  
*iohan. 14.*

*Cognitio patris & filij per Spiritum sanctum uera est sanctorum consolatio.*

*rom. 8.*

*psal. 41.*

*Emittit spiritum tuum, & creantur homines noui, & sic renouatur facies terræ nostræ, quæ maledicta est in peccato adæ, & data spinas & tribulos, pullulante carnis luxuria, germinare renouat, inquam, & nouam profert creaturam, cuius expectatio (sicut ait apostolus) reuelationem filiorum Dei expectat, quæ ingemiscit & parturit, vsq; dum in illa reuelatione filiorum Dei, reue-*

*Cent. 3.*

*rom. 8.*

*reue-*

reuelet semen Dei, quod per hunc spiritum, primum à baptisimi gratia concepit.

¶ Indè in sequenti uersu hortatur seipsam prægnans anima, benedicere dominum propter suam uehementè magnificentiam. Quæ benedictio uel gratiarum actio, si tantum labijs fiat, aduatio est apud Deum: si autè corde diligenter illam, quam laudat magnificentiam, beneuolentia præmio digna iudicatur apud eum. Vnde rectè magis internum animæ spiraculum, quam linguæ plectrum hortatur ad benedicendum dominum. Talisq; que confessio decora est, quam induit dominus, & ea tanquam luminoso amicitur uestimèto.

¶ Causa benedicendi dominum magis in hoc uersu expressa, hæc est, Extendens cælum siue cœcut pellem. Nam per hunc, de quo loquimur, Spiritum sanctum extenditur in cælum, id est, scriptura prophetarum. Extenditur (inquam) sicut pellis, in qua nihil latet cum extensa fuerit. Qui tegis (inquit) in aquis superiora eius, id est, excellenti illis uiam charitatis in donis Spiritus sancti superfundis. Communionem, Vltimo festiuitatis die, manifestum est, ad donum Spiritus sancti pertinere, de quo ait: Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aqua uiua, hoc enim dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. De processione eiusdè Spiritus sancti à patre filioq; procedentis. Caput VII.

¶ Sed quia propositum nunc est, non solum spiritum consonantium in officiis, sed & diuinam quærere potètiã Spiritus sancti, prætereunda nō hæc est sententia saluatoris, quam non sola commendat dignitas sensus sui, sed & reuerenda autoritas dicentis, maxime quia cum clamore, ut attentos faceret edixit. ¶ Sic enim scriptus est: In nouissimo autè die magne festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit ueniat ad me & bibat, &c. Itaq; si auditores sumus non ingrati, & tali oratore digni, non solum quid dixerit, sed & quali tempore dixerit (nā & hoc ad reattinet) cōsideremus beneuoli, dociles & attenti.

¶ Dies festus erat Iudeorum scenopegia. Quid sit scenopegia, nouerunt (inquit Augustinus) qui scripturas legerunt. Faciebant die festo tabernacula, ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerat, cū educti ex ægypto peregrinaretur in deserto. Ille erat dies festus, magna solèntis. Celebrabant hoc Iudei, uelut reminiscētes beneficia dñi, qui occisuri erant dūm. In huius festiuitatis nouissimo die stabat Iesus & clamabat, inuitans ad bibendum, non qualescunq; sed quosq; sitientes. Bene. Interea dum reminiscerentur (ut dictum est) beneficiorum Dei, dirigebatur ad eos cla-

*Quomodo anima rectè benedicat dominum.*

*psal. 109.*

*extēdens cœcut pellem.*

*iohan. 7.*

*Peria Christi dignè pensanda.*

*scenopegia iudeorum.*

*Leuit. 23.*

mor inuitantis ad populum Spiritus sancti. ¶ Nos autè educti de ægypto infidelitatis, liberati à captiuitate & seruitio spiritualis Pharaonis, & traducti per mare baptisimi, nunc in eremo uitæ præsentis peregrinantes habitamus in tabernaculis, quæ sunt ecclesiæ uel cœnobii, in quibus militamus, donec ad regnum supernæ hereditatis perueniamus. Si ergò memores beneficiorum Dei festa celebramus, à malis operibus vacantes, & in contemplatione diuine bonitatis exultantes, quia per passionem vnici filij salutem nostram operatus est, clamorè inuitantis audimus, in siti currimus, bibimus, quia sic nobis benigna diuinitatis uena, scilicet Spiritus sanctus, aperitur. Quo ordine fiat eadem processio sancti Spiritus. Caput VIII.

*Mystica uera festiuitas celebratio.*

¶ Agnates & à Deo speranda, quam cōsiderare proposuimus scilicet quo ad creaturam suam ordine ueniat Spiritus sanctus. Quod ubi animaduersum fuerit, clarebit & hoc, quam rectè in Euangelio, procedens dictus sit. ¶ Ordo necessarius hic est, ut prius in creatura rationali, bona uoluntas excitetur erga creatorem, consideratione beneficiorum eius. Hæc uerò ut non deessent, ille proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo (inquit apostolus) non cum illo nobis omnia donauit? Sed sunt homines ingrati, qui sicut in operibus mundi nulla beneuolentia laudat deum artificem, quos apostolus percutit dicens: Qui cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ita cū prædicatur eis tanta charitas Dei, quod pro nobis filium suum tradidit, non uenerantur magnitudinem beneficij, sed irrident ut stultitiam uerbum crucis Christi. ¶ Tales spiritus nunquam dignatur, quia Deo odibiles, ingratitude nimia legem naturalem præuaricantur. Naturale namq; est homini amanti redamare, & opus quod laude dignum, quod uel indignum sit, posse discernere. Quod quia uitio suo, uidelicet quia ingrati sunt erga Deum, facere noluit, meritò spiritus uel semetipsum non credit eis, eosq; in desideria cordis ipsorum, in immunditiam, in passionem ignominie, & in omnem reprobum sensum, sicut apolus ait, traditos derelinquit. At uerò quorum intuitum diabolica non cœcavit telum inuidentiæ, cognoscentes ex operibus mundi artificem, uenerantur illum, & beneuole sapientiam eius laudant in æquitate operum, magis autem incarnatum & passum pro omnibus audientes, Dei uirtutem & Dei sapientiam Christum, diligunt, approbant, amplectuntur, honorat. Vnde est illud in Canticis:

*Deus ex beneficijs glorificandus.*

*rom. 8.*

*rom. 1.*

*rom. 8.*  
*1. cor. 1.*

*Homines deo nimis ingrati, in reprobum traduntur sensum.*

*rom. 1.*

*1. cor. 3.*

Cant. 1. Creator ut sponsus: anima ut sponsa.

Oleum effusum nomen tuum, idem adolescentula dilexerunt te. Itaque quemadmodum in sponsalibus, primum sponsa ostenditur sponsus, laudatur genus, fortitudo praedicatur, diuitia numerantur & forma commendatur, per quae omnia mutus affectus, voluntariusque puellae exigitur assensus: & tunc deum per conuentum amoris, is, qui in suis placuerat, totus in seipso cognoscitur. Ita creator noster prius animarum nostrarum in se excitat affectum, suorum ostensione operum, suaeque diuinitatis omnipotentissimae & incarnationis sacrosanctae, fidei praedicatione, & deinde ubi seipsum placuisse viderit, confidenter accedit, sicut de muliere forti scriptum est: Confidit in ea cor viri sui, & plenitudinem sui amoris, id est, Spiritum sanctum, in illam effundit. Ibi manifestat ille seipsum, quod nunquam per aliud fit, nisi per hunc, de quo loquimur, Spiritum sanctum. Idcirco iam iam passurus dominus, & post eandem passionem suam hunc spiritum daturus, dilectione attentius commendabat, videlicet ut dilectio cordis humani, dilectioni Dei, qui est Spiritus sanctus, occurreret loquimur; praepararet. Iam, ut ad superiora reuertamur, tale dilectionis sitim requirebat, quum in templo stans & clamans dicebat: Si quis sitit, veniat & bibat. Vbi & scenopegiae festiuitas, quando memores bene ficiorem dei, tabernacula faciebant, ut supra dictum est, ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt per desertum, quando de Aegypto educi sunt, festiuitas in quam magna, solennitatis eius typus erat, quae nostris in mentibus splendere debet, contemplantibus beneficia Dei, quae per filium suum redemptorem nostrum magnifice nobiscum egit, & ob hoc sitientibus illum in seipso conueni, quem in tantis suis expertae sunt beneficijs. In his nimirum clamor ille domini non surdas aures inuenit, dicentis: Si quis sitit, veniat & bibat. Et exponens, quam sitim quae rat, quid bibendum offerat, adiungit: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Qui credit in me, idem est ac si dixisset, Qui sitit me. Quid enim est in Christum credere, nisi Christum sitire? Plus quippe multo est, credere in Christum, quam credere Christo, vel credere Christum. Credere Christo, subauditur, quod verum credat vel credere Christum, subauditur esse, non magnum est. Siquidem & daemones credunt & contremiscunt. At verum credere in Christum, id est, per fidem ambulando tendere in Christum, venerari & amare verbum per quod omnia facta sunt, amplius autem quod verbum carofactum, & habitauit in nobis. Qui ergo sic

Prover. 31. Vbi non est amor, ibi non datur spiritus sanctus. ioban. 7.

iohan. 7.

Si quis sitit, ueniat ad me.

iacobi 2.

stitit, illi datur bibere de spiritu Christi. Quanta de inopia subleuatur creatura, ut cum creatore suo vno eademque Spiritum habeat, qui solus aeternarum diuitiarum cumulus est, quo ita inebriatur & impletur veteri anima, ut de illo fluant aquae viuae, scilicet dogmata diuinae sapientiae, ut merito dicatur fons horum puteus aquarum. Igitur, ut supra dictum est, hic ordo consuetus, haec praeparatio competens est ante aduentum sancti Spiritus, ut prius bona creaturae voluntas erga creatorem excitetur, praedicatione beneficiorum eius, quia testante scriptura quae dicit, Hominis est praeparare animum, domini autem gubernare linguam, itemque, hominis est disponere viam suam, sed domini est dirigere gressus eius, hac, inquam, scriptura testante naturale est, ut manus affectus, id est, bona voluntas erga creatorem benefacta moueatur. Quod ubi non fit, ingratitude vitium, & superbientis animi contemptus est. Nam quod ait Apostolus: Deus enim est, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate, supra dicta non repugnat sententia. Siquidem hominis est animum praeparare, id est, bona velle, dum rationali sensu bonum discernit & approbat, sicut idem Apostolus ait: Nam velle adiacet mihi, Deus vero hoc ipsum velle operatur, dum gratia sua causas ageat, atque homini ostendere dignatur, quarum intuitu voluntas eius ad amandum Deum excitetur. Verbi gratia: Petri apostoli fuit, ut vellet paratus esse cum Domino in mortem & in carcerem ire, sed hoc ipsum velle operatus fuerat in eo pater, qui Christum filium suum in hunc mundum miserat, & huic reuelauerat. Et quia Iudaeis inuidentibus atque persecutibus, hic & ceteri apostoli suum velle Deo sicut iam dictum est) accommodauerat, idcirco quod suum erat, perfecit Deus, mittendo illis Spiritum sanctum, quo accepto Petrus, qui iam velle habuerat, perficere quoque haberet, scilicet, ut potenter pro Christo in carcerem & in mortem iret. Cur proprie Spiritus sanctus procedens dicitur, cum filius a Deo processerit, sicut ipse ait: Ego enim a Deo processi & veni. Cap. IX.

**C**um & filius a patre processerit, sicut ipse Iudaeis loquitur, dicens: Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me, ego enim a Deo processi & veni, merito queritur cur proprie Spiritus sanctus procedens dicitur, Ad quod facilis promptaque patet responsio, quod videlicet, quia filius semel missus, semel venit, redimitur, quia in incarnationis mysterium, & sicut omnia per ipsum semel

iohan. 7. Cant. 4.

Prover. 16.

Phi. 2.

Prover. 6. Rom. 7.

Luc. 22. Matth. 4.

iohan. 8. Filius semel processit, spiritus sanctus saepe procedit.

1. Cor. 12. iohan. 5. eccle. 18. iohan. 5.

Ecclesia, ut luna, semper indiget lumine solis, id est gratia spiritus sancti.

Filius genitus, spiritus sanctus procedens.

mel & simul facta sunt, ita & per ipsum omnia semel & simul restaurata sunt. Propter quod non praesenti tempore ait, Ego enim a Deo procedo, sed praeterito, Processi, inquit, & veni. At vero Spiritus sanctus non semel neque cuncta simul electorum peccata perlustrat, sed diuersis temporibus venientes diuersis modis visitat, id est, gratiarum diuisiones, vnus idemque Deus ac dominus varie dispensat, de cuius sanctificatione ait filius: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Duplex est enim operatio Dei. Et de alio opere Dei, quod per filium operatus est, scilicet de creatione omnium, scriptum est: Qui viuuit in aeternum, creauit omnia simul. Idcirco cum de Spiritu sancto loqueretur filius, dicens: Cum venerit paracletus, quem ego mitam vobis a patre, spiritum veritatis, praesenti tempore ait: Qui a patre procedit, & sicut luna corpus integrum semel in caelo formatum est, semper autem beneficio solis, ut ab illo illustratur, indiget, quia lumine proprio non lucet: sic Ecclesia sancta semel in baptismo nata est, sed semper inter praesentis vitae defectus variosque labores gratia sancti Spiritus visitari ac resciri opus habet. Quapropter vultui diuinitatis assistere satagit, dum quotidie creatori suo pro beneficijs eius gratias agit, verbi gratia, dum in consecratione Eucharistiae dignum & iustum esse confitetur, illi semper & vbi que gratias agere cum caeli caelorumque virtutibus suas quoque voces admitti deprecans: quia per Christum dominum nostrum & ipsa condita, & per eundem benedictum qui venit in nomine domini, redempta est. Hac enim maxime beneficiorum eius commemoratione vultui creatoris sui occurrit, & tanquam luna vero soli faciem cordis obicit, sicque spiritu sanctificationis, & in illis qui forte necdum acceperunt, initiatur, & in illis qui iam acceperunt, per adiectionum muneris perficitur.

**R**ecedat igitur Spiritus sanctus, qui a patre procedit, solus procedens dicitur: filius vero, quia non procedo, sed processi, ait, & veni, non procedens, sed genitus, ut verum est, asseritur. Processi enim ante omnia tempora, de corde patris natus: venit ex tempore, ex Maria virgine incarnatus. Item vnde supra, & quod Spiritus sanctus sit capabilis humanae anime, quod est proprium diuiniae substantiae. Caput X.

**S**il prudenter verba domini superius posita aduertimus, qui loquens de spiritu, quae accepturi erant credentes in eum, Si quis sitit, inquit, veniat & bibat, &c. veram & perfectam sancti Spiritus diuinitatem, in his quoque agnoscimus, de qua nunquam aliquid aridum & inanis bibit Macedonius, omnesque alii quicumque blasphemando in Spiritum sanctum, aeterni delicti rei conuincuntur. Quod ut manifestum fiat, primo ponendum est illud, de quo nemo dubitat, scilicet, potum hunc non carne, sed spiritu percipi, non ore, sed corde: non palato, sed ratione discerni. Quod autem bibitur, profecto bibentis interiora penetrat, suaeque subtilitate capabilis, & crassiora atque ideo sui capacia complet receptacula. Constat igitur, quod Spiritus sanctus humanae animae capabilis sit, eiusque penetret interiora, ut potum quem illa bibit, id est, in interiora suae substantiae recipit. At verum hoc diuinae substantiae proprium est, nihilque aliud humanum vel angelicum potest penetrare spiritum, praeter ipse omniumque creatorem deum, cui dicitur. Tu solus nosti corda omnium filiorum hominum, hic (inquam) solus implet animam spiritus. Nam quod homo arripit daemone plenus dicitur, ut potum accipiendum est, ut malignus spiritus spiritum hominis substantialiter introisse credatur. Vterque enim creatus est, neuter altero adeo subtilior, ut alter alteri capabilis, alteriusque capax sit. Sed ita plenus daemone quis esse potest, quomodo mero aut febrim interdum non incongrue plenus dicitur. Quod utique secundum corpus accipitur, quia venas nervosque vel omnes occultos meatus corporis, non etiam animae substantiam ingressa febris aut ebrietas, habitantem illic in suis sedibus fatigat animam. Igitur Spiritus sanctus Deus est, quia capabilis est humano spiritui, sicut iam dictum est, Christo autore, qui ad bibendum illum sitientes innitit animas, quo sensu & illud apostoli accipimus: Misti Deus Spiritum filii sui in corda nostra, & talia quam plurima.

iohan. 7. Vera diuinitas spiritus sancti, quia anima humanae capabilis.

Act. 16. Anima arripit non substantialiter recipit daemone.

Galat. 4.

**I**tē de processione Spiritus sancti in minore vel maiore visitatione, iuxta illud quod dictum est: Spiritus ubi vult, spirat. Cap. XI.

**C**um verum idem spiritus, humani cordis circuit profundum, nemo quidem scit, nisi ipse qui accipit. Flumina autem aquae viuae consequenter de ventre eius fluunt, quia bibunt, de sapore magnitudinem infusi muneris agnos-

agnoscunt. Vnde dominus in euangelio: Et vocem, inquit, eius audis, sed nescis vnde veniat aut quò vadit. ¶ Flumen quippè aquæ viuæ, id est, affluentia salutaris doctrinæ, quæ de ventre fluit in Christum credentis, vox est spiritus vbi vult spirantis, qui vbicunq; spiraverit circueiens mentis vterū, fontē aquæ viuæ, id est, sensum veritatis efficit, riuumq; eius ad os dirigit, corporea voce induit, & in aures tuas emittit, perq; aures ad animam perfert, cui bibenti saporis qualitas verum perhibet, quæ Spiritus sancti vox est, scilicet dum in infusus pectori, gratiam multis profuturam in electo vase componit. Siquidē nec ipse qui accipit, scit vnde veniat aut quò vadat, licet sciat & sentiat quando venit & quando vadit, perfecta visitatione sensibili. Quasi enim sibilum auræ tenuis (vt ait Gregorius) subito percipit, atq; hoc est quod de incomprehensibili substantia eternitatis conspicit. Verum per illum in Helia sibilum auræ tenuem, frequentior visitatio designatur, quæ diuinitatis saporē degulstat mens, quoties in contemplationis sublimitate suspēditur. De illa magis visitatione ad præsens pertinet opus, quæ longè excellentius tunc mens humana clarificatur, quando ad publicū quis mittendus est, vt ad salutem multorum, flumina de ventre eius fluant aquæ viuæ, vel (vt alibi scriptū est) vt à timore domini concipiēs pariat, & spiritum salutis eius faciat super terram. Quomodo missi sunt patres nostri apostoli, vel Apostolici viri, & si qui scribendi officio magis quàm accessu vel presentia corporis viuum nobis aquam emisserunt, quam de hoc fonte saluatoris, de huius sancti spiritus abundantia, feliciter hausserunt. ¶ In his magnificentius tunc illud adimpletur, quod in Canticis canticorum dicitur: Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactū eius. Subitò enim, dum nescitur, insiluit Spiritus sanctus, & quasi per foramen, interius animæ claustrum illabitur, intrēmescite protinus ad introitum eius in firmitate humani spiritus, ob insolitum vigorem quæ sentit & pondus. At ipse qui illapsus est, primitus familiari dulcedinis suæ blandimento, quasi osculo, pauitanti animam consolatur. ¶ Deinde secundum opus, ad quod animam illam præparat, exurgens, verbi gratia, si hoc intendit, vt (sicut dictū est) de ventre eius fluat aquæ viuæ, id est, largiora dogmata vite: exurgens, inquam, circuit animæ vterum, & circumendo dilatat, breuem prius & angustum mirabili suorum incremento circulo futurum eius significans in diuina scientia profectū, tanta nonnunquā mag-

Iohan. 3. Fluminis auræ que uiuæ.

9. Reg. 19. Sibilus auræ tenuis.

Esai. 46.

Esai. 12.

Canti. 5.

Illapsus spiritus sancti.

nitudine inundans, ac si vnū de paradisi fluminibus per dilatatū eiusdem animæ fluum. Interè miratur ipsa suimet amplitudinem, vastumq; sinus sui deambulatorium, verè ter quaterq; beata, quæ (sicut scriptum est) quia dilexit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum, habet amicum regem, videlicet Christum, à quo tale percipit donum. ¶ Impleta tandē mētura, quam daret vult hic spiritus (nam sicut spirat vbi vult, sic & diuidit singulis prout vult) vbi miraculum conqueſcit, & anima in seipsam reuertitur, tum verò recusare non potest, quin furtim & dilecto aperiat, id est, ad doctrinæ ministerium se accingat, & ea que clausa sunt Christo corda aperiat semper voce, nonnunquā & literis amouere cōtēdēs pessulum incredulitatis, sicq; progrediens ad publicum, præceptū exequitur quod intus audiuit: Deriuetur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

De die Pentecostes, quomodo dies quo data est lex, quinquagesimus cōputetur, à die qua in Aegypto agnus immolatus est, cuius solēnitatis die Spiritus sanctus datus est. Cap. XII.

Primo illud prætereūdum non est, diem illū, quo data est lex, in cuius rei memoriam solēnitatis magna erat Pentecostes, de quo die Spiritus sanctus Apostolis datus est, diem (inquam) quo post transitum maris rubri data est lex filiis in monte Sinai, planè quinquagesimum fuisse ab immolatione paschalis agni. ¶ Nonnulli enim, maxime qui cōputandi scientiæ student, cum legit quattodecima die mensis primi immolatum fuisse agnum, mensē autem tertio, tertia die mēsis, descendisse dominum corā omni populo super montem Sinai, iam enim (inquit scriptura) aduenerat dies tertius, & manē incaluerat, & ecce ceperunt audiri tonitrua &c. cum (inquam) hæc legunt, mirantur & herent, numerum quinquagenarium à quattodecima die mensis primi vsque ad tertiam diem mensis tertii non constare probantes. Nam cum Hebræi solos lunares habeat menses, & luna primi mensis vnde triginta dies habeat, luna vero secundi triginta, profectò à quarta decima die primi, vsq; ad tertiam diem mensis secundi, non præmittenda est questio, quæ hoc modo soluitur. ¶ Tertia quidē die mensis secundi descendit dominus (vt prædictum est) super montem Sinai, sed vide quid post hæc sequitur: Moyſi quoq; dixit: Ascende ad dominū tu & Aaron, &c. Solusq; Moyſes ascendit ad dominum, & illi non appropinquabant. Venit ergo Moyſes & narravit plebi

Prouer. 22. Iohan. 3. 1. Cor. 12.

Leuit. 23.

Questio de die quinquagesimo.

Exod. 11.

Responsio, quod dies quinquagesimus est, in quo tabule legis date sunt.

Exod. 24.

Leuit. 23.

Due cause solentur per teconfer.

Deut. 9.

1. Cor. 3.

Leuit. 25.

plebi omnia verba domini atq; iudicia. ac deinceps: Et manē, inquit, confurgens ædificauit altare ad radices montis. Et post pauca: Dixit autē dominus ad Moyſen: Ascendē ad me in montem, & esto ibi, daboq; tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel. Itaq; non tertia die mensis quandò dominus super montem ascendit, sed die quarta, quandò tabulas & scripturam suam dedit, lex data est. Igitur diem datæ legis ab immolatione paschalis agni quinquagesimum extitisse planum est. Quæ die cum datur spiritus sanctus, mira nobis operum eius concordia commendatur, de qua sufficienter tractatum est à sanctis doctoribus. ¶ Sciendum quoq; est, quòd ex præcepto legis, hi dies quinquaginta, non ab ipsa paschali vespera, quæ immolabatur agnus, sed à subsequente prima sabbathi incipiebant numerari. Sic enim scriptum est in Leuitico: Feretis manipulos spicarū primitias mēsis vestræ ad sacerdotem. Qui leuabit eum coram domino, vt acceptabilis sit vobis altera die sabbathi, & sanctificabit illum. Numerabitis ergò ab ipso die, in quo obtulistis primitiarum manipulos, septē hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, & sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos &c. Itaque à prima sabbathi, quam nos dominicam diē dicimus, id est, trāfacto magno die paschalis sabbathi, dies quinquaginta incipiebant numerari. At verò dominus noster illo die resurrexit, corpusq; suum verè nouarum frugū terræ nostræ fasciculum, verus ipse sacerdos, coram domino Deo patre suo leuauit, & sanctificauit. Nihil ergò quæſitiōis remanet, cur dies ille, quo Spiritus sanctus datus est, qui vtiq; à die qua resurrexit, quinquagesimus est, iudeorum quoq; fuerit pentecostes: quia (sicut iam dictum est) non ab ipsa vespera paschali, sed à subsequente prima sabbathi, dies pentecostes incipiebant computari. ¶ Offertur itaq; domino hac die panes primitiarum duos, id est, pro duobus illi gratias agamus beneficijs, scilicet quòd vno eodemq; spiritu suo & olim veteribus legem ac mandata scripsit in tabulis lapideis, sicut Moyſes in Deuteronomio ait: Deditq; mihi duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Dignus enim Dei Spiritus sanctus est, & nunc nouis, id est, euangelicis patribus gratiam in tabulis scriptis carnalibus. Sollemnemq; agamus diem septem septimanas emicantem, & numero suo, id est, quinquagenario, iubilauim significantem, id est, dimittentem, quo

ab omni debito dimissi, ad antiquam reuertemur possessionem, quam perdidimus sub peccato venundati. Nam quomodo post septem hebdomadas festiuis hic dies erumpit, sic post mundi circuitum, in quo nunc laboramus, ille dies æternaliter festiuis effulgebit, quo iam non laborauimus, sed felici otio compositi, solem verum festo diademate coronatum spectabimus, mirabimur, laudabimus. Nunc secundum officium eiusdem diei, de eodem spiritu sancto (vt coeptum est) prosequamur, Epistolam in capite ponētes, quæ eius narratur aduentus.

Quid significauit, quòd sonus factus est de caelo adueniente Spiritu sancto. Caput XIII.

Onus qui adueniente Spiritu sancto repente factus est de caelo, signum fuit soni, qui in omnem terram exiturus erat, cælis illis, quos nunc firmare veniebat, enarrantibus gloriam Dei, & firmamento constantissimæ fidei illorum annuntiante opera manuum eius, cum magnifico verbi tonitru & miraculorum conuulsionibus. Sic enim mox futurum erat, hoc spiritu per os illorū intonante Christi præconia, vt ad penitentiam commoueretur & contremisceret terra, & fundamenta montiū, id est, corda superborum, conturbarentur & commouerentur, auditio quoniam iratus est eis, nisi penitentiam egerint. ¶ Vnde & in Apocalypsi, cū accepisset angelus thuribulū, & impleset illud de igne altaris, & misisset in terram, facta sunt tonitrua, & voces & fulgura & tremor motus magnus. Nunc ignis ille mittebatur, vnde & apparuerunt apostolis dispartite lingue tanquam ignis, ille (inquam) ignis mittebatur in terram, quo angelus ille, magni consilij, dudum impleuerat aureum thuribulū immaculati corporis sui, & nunc assumptus in caelo agebat quod dixerat: Ignē veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Cur Spiritus sanctus, cuius natura est inuisibilis, inuisibilem foris ignem ostendit. Caput XIII.

Quòd vero foris quoq; visibilis ostensus est ignis, qui vtiq; non erat ipsa quæ inuisibilis est, substantia Spiritus sancti: quod, inquam, ignis visibilis ostensus est, signū nobis fuit diuinitatis eius operatio nis, vt per effectus, quos nouimus, huius nostri ignis, intelligamus quid hic ignis, hic deus, hic spiritus sanctus operetur in nobis. ¶ Est autem multiplex in rerum visibilibus natura, visibilis ignis commoditas. Cælum in sole & luna syderibusq; miris ornatis illustrat; terram autē non solum fuso desuper lumine

Rom. 9.

Actu. 2. Psal. 18.

Psal. 77.

Apo. 8.

Esai. 9.

Luc. 11.

multiplex effectus & commoditas ignis.

lumine lætificat, sed & beneficio caloris ad  
gignendum prouocat, & sinu eius recepta nu-  
trit femina. Præterea de silium venis excep-  
ptus, & competentibus alimentis enutritus,  
noctem nobis alleviat, absentemq; diem lux  
agit æmula, & innumera mortalibus præstat  
cōmoda, quibus vitæ presentis iuuatur ino-  
pia. Adde, quod tunc temporis ex iussu domi-  
ni semper ardebat in altari, sacerdoti iugiter  
ligna subiciente, quodq; consumebat holo-  
caustum, quodq; sacrificium sic dicebatur, eod  
quod esset totum incensum. ¶ Sed inter cete-  
ra naturalia præclarū hoc habet ignis, quod  
diuisus in partes, mutuat non sentit detri-  
menta luminis, horum omnium significatio-  
nes referri ad Spiritum sanctū & opera eius,  
his qualitatibus assimilari nouerunt, qui scri-  
pturas legunt. Igitur quod in igne Spiritus san-  
ctus ostensus est, signum fuit, nō sibi, sed no-  
bis quibus diuina maiestas eius ab initio sig-  
nis loqui consuevit.

Cur cum Patris & Filii & Spiritus sancti vna  
sit substantia, magis Spiritus sanctus dica-  
tur ignis. Caput XV.

**N**ec illud omittendum est, cur cum vna  
sit substantia patris & filii & Spiritus  
sancti, magis & penē sola persona sancti  
Spiritus appelletur ignis, & nō nunquam  
ignis domini, vt ibi: In igne enim domini  
deurabitur omnis terra. Quod tamen mirū  
non videbitur, si ad memoriam reuocet,  
quia propriē vel naturaliter amor est iste Spi-  
ritus. ¶ Amor, inquam, vel charitas, qua pater  
filium vel filius diligit patrem, Spiritus san-  
ctus est, qui & bonitas vtriusq; dicitur & est.  
Nā si quæras, inquit augustinus, quis omnia  
fecit, respōdeo, Deus. Si quæras per quid, per  
verbū suū. Si quæras, quare? quia bonus est,  
omnia fecit. Et hæc trinitas vnus est Deus.  
Itaq; amor Dei Spiritus sanctus est. Amor au-  
tem tam spiritualis quàm carnalis reuera ignis  
dicitur & est, adeo sensibilibiter calens, vt  
nemo amantium calorem eius nesciat. Sed  
cum Deo, consubstantialis amor suus sit, sic  
eodem amore suo Deus ignitus est, vt sine di-  
stinctione personarum dicatur Deus, & sit  
inuisibilis atq; incorporeus ignis, iuxta illud  
apostoli: Etenim Deus noster ignis cōsumēs  
est. ¶ Veruntamen vbi personarum distincti-  
one opus est, cum quid cuiusque personæ sit  
propriū, distinguimus, sicut deum patrem,  
vitam in se immortaliter viuentem: filiumq;  
eius dicimus veram & incommutabilem sapi-  
entiam, per quam vnuerſam condidit crea-  
turam: sic Spiritum sanctum dicimus amorē  
eius, per quem concupiscit rationalem & in-  
habitare appetit creaturā. Qui amor quasi ig-

nis, imò vt verē ignis ad eandem appositam  
sibi cedit rationalē creaturam, sicut hic ignis  
visibilis semper in appositam tendit compe-  
tentem sibi materiā. ¶ At illo igne, quæ con-  
flatur, non cōsumitur creatura, sicut hoc ig-  
ne visibili cōsumitur ligna, scēnū, stipula: sed  
quemadmodum aurum & argētum hoc igne  
liqueſcunt, neq; consumuntur, sed persistūt,  
& puriora sunt, sic illo igne, illo, vt ait Eſaias,  
camino qui est in Hierusalem: Beata ratio-  
nalis creatura, inconsumptibiliter liqueſcit  
in incēdio huius amoris, in torrēte huius volu-  
ptatis, semper pura, semper liquida, semper  
ardens amore, semper fruens Deo amatore,  
desiderando non indigens, fruendo non fa-  
stidians.

Cur ita Spiritus sanctus in igne apparuit, vt  
de eodē igne linguis quoq; forma  
re dignatus sit. Cap. XVI.

**C**um igitur constet, rectē Spiritum san-  
ctū in igne apparuisse, eod quod hic De-  
us noster ignis cōsumens sit: quæritur  
& illud, cur sic in igne apparuerit, vt ex eodē  
igne linguis formare dignatus sit. ¶ Sed &  
hoc signo magnificē nobis eiusdem Spiritus  
sancti commēdatur operatio. Spiritus enim  
coæternus patri & filio per linguam, quæ ma-  
ximam habet cognitionem cum verbo, non  
solum hoc expressit, quod eiusdem sit sub-  
stantiæ, cum eodē nei verbo, sed & hoc, quod  
per ipsum deus pater suum nobis eloquatur  
verbū, sicut ipse in Psalmo dicit: Lingua mea  
calamus scribæ velociter scribentis. Nanque  
vt aduertemus, hūc eundem Spiritum per  
illū Psalmi versiculū exprimi, ipse qui incar-  
nationem filij Dei operatus est, cuius incar-  
nationis ille Psalmus epithalamie est, ipse,  
inquam, qui verbum bonum de corde patris  
eructatum, in vterum virginis humanę natu-  
ræ vniuit, nunc in lingua Spiritus sanctus ap-  
paruit, vt idem ipsum verbum mentibus apo-  
stolorum inscriberet, sic quoq; comparādus  
calamo scribæ velociter scribētis. ¶ Quapro-  
pter congruē versus hic, lingua mea, cum præ-  
cedenti, eructauit cor meum, in officiis quo  
que cantantur apostolorum, quod tamen fie-  
quentius est in officiis virginū. Et rectē, quia  
verbum hoc in sinu virginitatis plenus at-  
que excellentissimè eructatum est, videlicet, ita  
vt inde carnem assumeret: in cordibus autem  
apostolorum ita, vt inde voce corporea sum-  
pta, nobis audibile & intelligibile fieret. Igitur  
quia Spiritus sanctus illa Dei patris lingua  
est, qua, velut calamo scribæ velociter scribētis,  
bonū verbū suū humanæ naturæ veloci-  
ter, vt voluit, totum inscripsit, dicens, opera-  
tua regi, id est, assumpto homini: vt idem om-  
nino,

Differentia  
ter igne vis  
bili, & inui-  
sibili.

Eſai. 31.

tab. 14.

Deut. 4.  
Act. 2.

Cur in lin-  
guis specia-  
liter apparuit spi-  
ritus sanctus

Psal. 44.

Vera diuer-  
si lingua lo-  
cui sunt &  
scripserit a-  
postoli.

1. Cor. 14.

Spiritus san-  
ctus lingua  
& calamus  
scribæ.

nino, quod ipse operari sciat & possit, rectē  
super apostolos ostēdit est in lingua, quibus  
eiusdem verbi & incarnationis eius notitiā,  
vt eloquenter prædicare secundū scripturas,  
homines hætenus idiotæ scirent, eadem cal-  
lami velocitate inscribere veniebat.

¶ Per hoc maximē cōsonat & coheret Euā-  
gelio, quoniā impletū est hic, quod dicitur  
illic. Hæc locutus sum vobis apud vos ma-  
nens. Paracletus autem spiritus sanctus, quē  
mittere pater in nomine meo, ille vos docebit  
omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque  
dixerō vobis. Ecce enim missus statim docto-  
rem illū se profiteretur, qui iuxta promissum  
sponsi in morte agonizātis, paracletus, id est,  
consolator filij eius orphanis aduenerit. no-  
ctorem, inquam, qui illos doceat omnia, sed  
hoc signo profiteretur, dum ostenditur in lin-  
gua, simulq; omniū edocet gētium loquelas,  
vt omnibus eloqueretur hominibus, ea de  
quibus soli docebātur interius, dei magnalia.  
Quod non, vt quidē opinantur, apostoli vna  
tantum, id est, Hebræa lingua loquebantur,  
ita vt cuiq; genti sua videretur, quod mi-  
raculum, vt ait Beda, non loquen-  
tium esset, sed audientium.

Caput XVII.

**E**T non (sicut suspicantur nōnulli) sic in  
illorum vocibus omnes loquela atque  
sermones audiebantur, vt tamen vna tā-  
tum lingua scilicet Hebræa, loquerentur: sed  
vniuersisq; nationis homini sua lingua vi-  
deretur: quod, vt ait Beda, miraculum non lo-  
quentiū esset, sed audientium, id est, non illis  
qui loquebantur, erat vera virtus, se in au-  
dientium auribus prodigium, imò error, id  
est, non rei existentis erat sensus. ¶ Non, in-  
quā, sic egit ille spiritus veritatis, nec sic opi-  
nāf de illo, quicunq; prudētē discernit, quid  
deceat magistrum illum, qui omnē veritatē  
docere venit. Superest enim, vt scripta quo-  
que illorum, quæ dispersi per mundū vniuer-  
sum, diuersarū linguarū hominib; mittebāt:  
isti vnius tantum, id est, Hebræicæ linguæ li-  
teris eos asserant scripſisse, omnemq; homi-  
nem, cuiusq; linguæ, quicunq; vidisset He-  
bræicos illorum apices, eodem miraculo suæ  
linguæ scripturam æstimauisset: Quod valdē  
ridiculum est: Saltem non Latinos excipiant.  
Nam de nobis certum habemus, quia scrip-  
turas, quas Hebræicæ aut Græce conscripse-  
runt, absq; translatoribus legere nequimus.  
Illud quoque consequens est, vt quamcunq;  
ipsi linguam audirent, putarent Hebræam,  
quamcunq; viderent scripturam, æstimarent  
esse Hebræicam. Quod nimis friuolum,  
vt dictum est, ineptumq; & erroneum, fan-

ctoq; spiritui probatur indignū per omnia.  
¶ Nec difficile est, hæc præsumptuosam suspi-  
cionē, scripturæ quoq; autoritate explode-  
re. Et repleti sunt, inquit, omnes spiritu san-  
cto, & cæperūt loqui variis linguis, prout spi-  
ritus sanctus dabat, eloqui illis. Cæperunt  
loqui variis linguis, vt spiritus sanctus dabat  
eloqui illis, scripturæ verba sunt, quibus om-  
nino repugnat id, quod prædicta suspicio cō-  
iectat. Loquebātur ergo, nec falso videbātur  
loqui, dabatq; verē spiritus sanctus eloqui il-  
lis: verūm, nouum hoc canticum, vt canimus,  
ponens sanctificationis signum, vt in ore eorū  
omnium genera nascerentur linguarum. *Mysteriū in  
gentibus lin-  
guarum.*  
¶ Nouum inquam, signum: Significabat e-  
nim, quod ecclesia Deum, hæctenus notum  
sibi in sola Iudæa, linguas omnium gentium  
deinceps esset locutura. Ita verō signum fuit,  
vt causā quoq; efficiens, principiumq; esset  
futuræ rei. Nam quomodo gentium magi-  
stri fierent, nisi per scientiam linguarum cop-  
iam habuissent conferendi cum eis sermo-  
nem? Quomodo, inquam, saltem respon-  
dissent amen, super benedictionem illo-  
rum, cum quid dicerent, nesciremus? ¶ Tur-  
rim isti ædificaturi erant, nunc tempore ac-  
cepto & opere diuino, turrim, inquam, cu-  
ius cacumen cælos tangeret, per quam fu-  
turum quisq; metuens iudicium, in cælum  
fugere posset. At illi, qui olim absq; Dei ma-  
gisterio, soloq; humano opere, superbia du-  
ce turrim sibi extruere voluerunt, per quam  
ascenderent in cælum, facta confusione lin-  
guarū, cum prius esset terra labij vnius & ser-  
monum corundem, diuisi contra se, ac dis-  
persi sunt. Igitur nunc quandō Dei consilio  
turris corporis Christi (quod est Ecclesia) de  
vniuersis & electis lapidibus per vniuersum mun-  
dum ritē & ordinatē cōstruitur: rectē omnes  
linguæ ad horum artificum ora reuocantur,  
ne, sicut ibi, cum quis posceret lapidem, alius  
offerbat bitumen, cum peteret aquam, por-  
rigebat trullam: ita hic, cum structores nostri  
annuntiarent pacem, nos suspicæmur bel-  
lum: cum prædicarent regnum Dei, nos puta-  
remus gloriam mundi.

Quam congruē spiritus sanctus in Apo-  
stolos horta tercia aduenerit.

Caput XVIII.

**O**pportunē spiritus sanctus, omniū ar-  
biter sacramentorum, hora tercia su-  
per Apostolos adueniens, viuificis can-  
dem horam dedicauit mysterijs, qua homi-  
nes adhuc sobrii & carnalibus cibis adhuc ie-  
iuni, primū querere debent regnum Dei.  
¶ Nam quia dominus noster, qua nocte tra-  
debatur, post typicam agni cœnam, sacram  
corporis

Act. 2.  
Mysteriū in  
gentibus lin-  
guarum.  
psal. 75.  
1. Cor. 14.  
Gen. 6.

Aliter aposto-  
li, quam baby-  
lonij, turrim  
ædificauerunt.  
1. Pet. 2.

1. Cor. 11.  
Dne cause,  
cur Eucharis-  
tiam inſitu-  
it dominus  
post cœnam.

Leuit. 6.  
num. 28. 29.

Soph. 2.

Spiritus san-  
ctus amor  
est, ideo & ig-  
nis dicitur.

Heb. 12.  
pater, vita: fi-  
lius, sapientia:  
spiritus san-  
ctus, amor  
proprie dici-  
tur.

corporis & sanguinis sui tradidit Eucharistiam, forte parum aut nihil referre arbitrareretur, vtrum pransi an ieiunij ad illud vitæ e-  
 pulum accederemus. At ille ratione & articulo temporis agebatur, vt tali hora sacramentum illud condere non moraretur. Ratione: quia non ante consummationem veteris, inchoandus erat ordo noui sacrificij: articulo tēporis, quia statim capiendus, & ad passionē ducendus, aliud non habebat spatium, vt ante mortem suam non hæredibus suis conferri beret testamentum. Vnde cum illis tradens sanguinis sui calicem, dixisset: Bibite ex hoc omnes, hic est em calix sanguinis mei, &c. statim addidit: Dico autem vobis, non bibam amodò de hoc genimine vitis, vsq; in diem illud, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. ¶ Et quidem cum in regno patris, id est, cum iam factus immortalis, post resurrectionem suam cum discipulis suis manducauit & bibit: potuit tunc primum tradere illis corpus suum, & calicem noui æterni testamenti, sed nūc magis ordinatē egit, quia mors interueniret testatoris. ¶ Igitur spiritus sanctus, qui huius & omnium sacramentorum author & virtus est, congruē hora tertia dari dignatus est, vt tempus ostenderet, quo sua quoq; sacramenta dari vel celebrari magis conueniret. Vnde rectē vniuersalis ecclēsiæ cōuētus, magis hac hora (nisi fortē dies ieiunij sit) congregari consuevit, & dicta hora tertia, quæ cæteris illustrior est, ob honorē eiusdē spiritus sancti, solennia Missarū celebrari astantibus choris, cum psallentio communi. Nec cuiquam hæc diuina traduntur mysteria, post cibum corporis, nisi vrgeat ea, quæ retardari non potest, instantis necessitas mortis.

Quod signa prædicta spiritus sanctus visibiliter quidem ostendit, sed inuisibilis inuisibiliter operatus est, & intrinsecus corda repleuit. Caput XIX.

**E**T hæc quidem, quæ dicta sunt, extrinsecus visa vel audita sunt: intrinsecus autem omnis erit gloria, cuius hæc deforis apparentia signa fuerūt. Intus enim beati apostoli mundo corde deum videbant animarum suarum secreta magna cum maiestate subeuntem, suamque fortitudinem largiflua dulcedine temperantem, vt adhuc fragilia mortalium hominum pectora, non tam miraculo potentiaē terreret, quam intimo sensu gratiæ lætificaret. Ibi enim erat, de quo dictum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Item: Spiritus enim meus super mel dulcis. Item: Et vinum lætificat cor ho-

minis. De quo & Iudæi, quasi diuinantes, musto, aiunt, pleni sunt isti. Ibi, inquam, id est, in nouos vtres cordium, & missum erat feruidum diuinæ substantiæ mustum, Spiritus sanctus, sicut ait illis, promittens eum dominus Christus: Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Quod non eo minor sit spiritus sanctus, quia capabilis est humano spiritui, cum idem de patre & filio debeat intelligi.

Caput XX.

**I**N vobis, inquit, erit: Capabilis enim, vt superius iam dictum est, humano vel angelico spiritui, spiritus sanctus est. Quod cum sufficere possit ad probandam eiusdem veræ diuinitatem, quidam hæreticorum in sua potius perfidia verterunt argumentum. Dicentes enim, patre filium esse maiorem, spiritui quoq; filio minorem, huic asserere voluerūt, quod in nobis sit, atq; humanarum patiatur contagia animarum. ¶ Sed hoc dicendo, peccatores errauerunt, & falsa loquuti sunt. Cōsequitur enim eos, vt nec patrem nec filium consteant esse Deum. Paria namq; imò eadem dicta sunt, sicut, exempli gratia, hodiernum probat Euangelium. Vbi cum dixisset filius: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, protinus adiecit: Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Igitur cum spiritum sanctum negant esse Deum, eò quod dictum sit, apud vos manebit, & in vobis erit, consequitur, vt nec patrem nec filium fateantur esse Deum, eò quod de patre & de se dicat filius: Veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ¶ Sed his explosis, & cum fumo suo, cum quo de puteo abyssi tanquam locustæ exierunt, euentilatis, hoc potius in argumentum veritatis Catholica fides arripit, deum esse spiritum sanctum comprobans, eò quod humano spiritui capabilis sit: quod proprium diuinæ est substantiæ, sancto spiritui cum patre & filio commune, qui vnus & solus Deus nullius capax, suæque creaturæ rationali capabilis est.

Quod licet apostolis dictū sit, de spiritu sancto, quia apud vos manebit, proprium tamen filij Dei signum fuerit, quod dictum est Iohanni: Super quem videris spiritum descendentē sicut colubam, & manentem in eo. Cap. XXI.

**S**Ciendum verò, quia in eo quod ait dominus discipulis suis de spiritu sancto, apud vos manebit & in vobis erit, longè differentem modum mansionis, ratio cogit accipere, ab eo quod in vnigenito Dei filio idē spiritu

ritus mansit, de quo dictum est: Super quem videris spiritum descendentem sicut colubam, & manentem in eo, hic est qui baptizat.

¶ Quæ manendi differentia si rectè animaduersa fuerit, simul & illud clarebit: cur cum tota trinitas apud dilectorem suum mansionem faciat, sepius & quasi singulariter hoc de spiritu sancto scriptura sacra contineat.

¶ Manere spiritum sanctum in creatura sua, duobus modis accipimus: Vnus quidem modus est manendi, cum illa creatrix substantia, per se ipsam creaturæ replens substantiā, semper inhabitat, quod de beatis angelis sanctorumq; hominum spiritibus, qui iam cum Deo sunt, carne soluti, non est dubitandum. De his autem, qui adhuc in carne mortali sunt, non idem est arbitrandum: quia, quandiu corpus quod corrumpitur, aggregat animam, multis varietatibus subiacet, & nunc quidem dilata corde, si valdè perfecti sunt, visitationem illam merentur: quæ, vt ait Gregorius, significatur in Heliæ per tenuē auræ sibilum: virtutemq; resumunt, vt idem Helias, qui post eundem sibilum regna vertit, reges alios vngens, prophetamq; Heliæsum: nunc deficiente animo tepidant, vt idem rursus, qui paulò ante verbo cœlum clauserat, & nunc propter verba mulieris per desertum fugiebat. ¶ Alius verò manendi modus est, cum per fidem inhabitare incipiens, Ecclesiam suam nunquam in infidelitate derelinquit, vel cætera charismatum dona semel tribuens, postea nunquā subtrahit. Verbi gratia: Paulo apostolo datā sapientiam, non sic per tempora distinxit, vt nunc affluente dono sapiens, nunc relabente fieret insipiens. Et de hoc quidē modo dicit: Nō te deferam neq; derelinquam. De modo autē supradicto: Auerte, inquit, oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Itemque de hoc modo scriptum est: quia quatuor animalia incedentia non reuertebantur, sed vnumquodq; ibat ante faciem suam, id est, in proposito suo permanebat. De modo autem supradicto: Ibat, inquit, & reuertebatur in similitudine fulguris coruscantis. ¶ Nec quisquam mortalium extitit, in quo hic spiritus, qui diuini amoris substantia est, æterna statione requiesceret, præter illum virum vnū quem septem mulieres, id est, septem huius spiritus gratiæ, semel apprehenderunt, semperq; tenuerunt: propter quod & dictum est: Super quem videris spiritum descendentem & manentē in eo: non quod tunc primum in illum spiritus descenderit, quippe qui totam plenitudinem in se corporaliter habitantem ab ipsa conceptione habuit, sicut scriptū est:

quia sapientia ædificauit sibi domum, scidit columnas septem, id est, sapientia Dei patris in ædificatione vel conceptione sui corporis statim septem, spiritus sui, gratias adhibuit: sed fidei præcurtori & testi eius signum opportunum datum est, vt sciret, quale de illo testimonium perhibere deberet. ¶ Secundū fidem autem & cætera charismatum dona singulis, prout vult, ipsis diuisa, semper, vt dictū est, in ecclesia sua, spiritus sanctus habitabat. Quæ dona, quia propriè sancti spiritus opera sunt, iccirco sapius & quasi singulariter, vt supra dictum est, mansionem sancti spiritus in nobis scriptura sacra commēdat, cum tota trinitas capabilis sit, & mansionem sibi in nobis faciat: quia nunc in nobis peregrinantibus per illa dona sua Spiritus sanctus inhabitat, in futuro autem æternis complexibus ipsa trinitatis inhabitabit substantia.

Quod vbique esse non nisi Deus possit, vnde Spiritus domini, quia repleuit orbem terrarum, deus est.

Caput XXII.

**N**ihilominus & per hoc quod cantamus ad introitum: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, diuinam eius ecclesia catholica prædicat potentiam. Quis enim nisi Deus hic esset, diuisis apostolis per orbem terrarū, quomodò vno eodē tempore posset omnibus adeste? Verbi gratia: Thomæ in India, Petro vel Paulo Romæ: imò cū per annos singulos, tã sabbatho sancto Pētecostes, quàm sabbatho paschæ, baptisimi sacramēta sancta celebrat ecclesia, quod absq; sancto spiritu nullā noscitur virtutē habere, quomodò in toto orbe terrarū, quo iam ecclesia diffusa est, posset adeste, vt in fontes plenitudo eius vbique descēderet vbique spiritualis equitatus Pharaonis, id est, peccatorū omnium turbas, fluctibus operiret? Sic em orbē terrarū illum reple reple dicimus, vt ecclesia vniuersam, quæ per orbem terrarum diffusa, intelligere debeamus. Mundi enim elementis vel corporibus inanimatis diuinitas nō capitur, sed sanctam ecclesiam vbique replere rectè creditur. ¶ Quodque magis dignum verumque diuinæ maiestatis eius est signum, ipsam eiusdem ecclesiæ caput implet, sicut scriptū est: Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane. Diuinam igitur eius vbique testatur esse presentia, cantado in introitu: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, iam dicto sensu huius enumerationis illud respiciēte, quod ecclesiam adhuc paruulam, sed toto orbe terrarum diffusendam, id est, Christi discipulos repleuit, progenitis in ore

Matth. 26.

Luc. 24. Iohan. 21.

Hebr. 9.

hora tertia debet missa celebrari non postest cœnā.

Matth. 9. Quanta dulcedine repleuit apostolos spiritus sanctus. Psal. 45. eccle. 4. Psal. 103. Act. 2. Met. 9. Iohan. 14.

Iohan. 1.

Duplex modus manendi, quo manet spiritus sanctus in sanctis.

Vno per substantiam.

3. Reg. 19.

Altero, per fidem.

Heb. 13. Cant. 6.

Ezech. 10.

Ezech. 1.

Alter in christo quem in sanctis semper manet spiritus sanctus.

Iohan. 1.

Error.

Psal. 57. Cōsuetudo.

Iohan. 14.

Apoca. 9.

Iohan. 14.

ritu

eorum pro signo vniuersi orbis terrarum linguas. Quod verò sequitur: Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis: cur sapientia dixerit, manifestum est, ex eo quod addidit: propter hoc qui loquitur iniqua, non poterit latere: vel quod praeferat: & non liberabit maledictum à labiis suis, quoniam rerum illius verus est Deus, & cordis eius scrutator est veritas, & linguæ illius auditor. Per quæ constat sic esse dictum, scientiam habet vocis, ac si dixisset, nouit, qua mente quisque loquatur. Verumtamen in ratione præsentis officii scientiam linguarum respicit, quarum diuersitate dando fidelibus suis magnifice probauit, scientiam se habere omnium, per quæ potest vox humana variari.

Quod sancti spiritus effusio, totius sit diuini operis confirmatio. Caput XXIII.

**B**enè supradicto sancti spiritus operi congruit hæc offerenda: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Nam vt nouerimus, quia spiritus sancti effusio totius diuinitatis confirmatio sit, hoc primo dicendum est, quid ante aduentum eiusdem sancti spiritus in apostolis suis dominus operatus sit, fidem utique; in illis operatus est, quæ ex ore Petri pro omnibus sonuit: Tu es Christus, filius Dei viui. Sed hæc quam infirma fuerit, antequam spiritus sanctus adueniret, cunctis liquet scientibus, quia Petrus, idem Apostolorum princeps, vniuersæ ancillæ voce territus, illum quem, vt iam dictum est, Christum filium Dei viui cõfessus fuerat, se nosse negauit. Vbi verò spiritus huius donum accepit, nec Romani principis imperiis timuit, sed vsque ad mortem confitens, eadem morte sua Christum clarificauit. Fidem igitur spiritus sanctus in Apostolis confirmauit, atque ideò benè vt dictum est, in offerenda canimus: Confirma Deus hoc, quod operatus es in nobis, vt per eundem spiritum fides eadem in nobis confirmetur, subiungentes, à templo tuo, quod est in Hierusalẽ, id est, ab ecclesia Apostolica, quæ utique cepit ab Hierusalẽ, id est, à Iudæa, sicut alibi loquitur ipse dominus, quia salus ex Iudæis est. Per eundem, inquam, spiritum confirmari poscimus, quia præter hunc quicquid credimus, quicquid baptizamus, quicquid molimur, infirmum & vacuum esse comprobatur. Nam & cæli, scilicet ordinis supernorum spirituum, in eo quidem firmati sunt verbo domini, vt in sua natura rationales essent & æterni, & spiritu oris eius omnis virtus eorum firmata est: qua in similitudine Dei, id est, in sanctitate persistunt. Vnde alibi scriptum est: Spiritus eius ornauit cælos.

*Spiritus sancti scientiam habet vocis. Sapientia.*

*psal. 67.*

*Matth. 16. Fides apostolorum ante aduentum spiritus sancti infirma.*  
*Luc. 22. Iohann. 21.*

*Cõfirma hoc Deus. psal. 67. Iohann. 4.*

*10b. 24.*

In reliquis presentis hebdomadæ officii, cum penè omnia sancti spiritus nomen personent & gratiam, sola possunt euangelia facere questionem, quid ad aduentus eius pertineant solennitate. Quapropter de illis breuiter aliquid dicendum est, ad hoc duntaxat, vt eorum, cum singulis officii, quibus deputata sunt, appareat concordia.

De officio secundæ ferie.

Cap. XXIII.

**F**eria secunda legitur hoc euangelium: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vni genitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam, & reliqua. Hoc quod dictum est, non quidem perse citius liquet, quid ad præsentem pertinet solennitate, sed que præmittitur lectio actuum apostolorum, cõsiderata, confestim quasi luminis radius causam eius elucidat. Loquente inquit, Petro, cecidit spiritus sanctus super gentes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumfisione fideles, qui venerant cum Petro, quia in nationes gratia spiritus sancti effusa est, & c. Icirco namque prædictum euangelium cum hac ponitur lectione actuum Apostolorum, vt comprobetur hoc opus spiritus sancti, quo gentibus penitentiam ad vitam dedit, non esse factum mutabilitate consilii, cum filius antequam pateretur, idem voluerit, licet per se ipsum tunc gentibus prædicare noluerit, imò discipulos mittens dixit eis: In viam gentium ne abieritis: Nam quod hic ait Petrus: In veritate cõperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui timet deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: Hoc in euangelio testatur filius dei dicens, missum se esse, non ad iudicium, sed ad salutem totius mundi: & subiungens, absque distinctione Iudæi atque gentilis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam, & cetera quæ sequuntur. Ad eò nihil quidem per se gentibus prædicauit Christus, sed de illarum salute suique apud illas glorificatione multa prædixit. Sic Isaac nihil quidem per se ipsum iuniori filio suo Iacob de afferendis sibi met cibis madauit, sed per con corporale illi Rebeccam Iacob subintroductus est, cum ille benedictionem Esau primogenito suo dare disponderet. Nam Isaac Christum, Esau populum Iudaicum, Iacob gentilem, Rebecca mater significat sancti spiritus gratiam. Rebecca namque cõsultente, id est, sancto spiritu cõsiliu prouidete, iunior ille filius scilicet gentium populus, ingreditur ad Isaac, videlicet ad Christum, tardante foris Esau, & occupato in venationibus, id est, priore populo intento ceremoniis carnalibus. Ingreditur, inquam

*euangelium 7. Iohann. 3.*

*epistola. Act. 10. Consonantia epistole cum euangelio.*

*Act. 10.*

*Matth. 10.*

*Gene. 27. Mysterium veteris historie de Isaac.*

inquã, iunior populus cum obseruatione decem mandatorum legis, quæ tradita sunt populo priori, & scientia legis & prophetarum perornatur, velut ille Iacob à matre indutus est valde bonis vestibus Esau, habens circa manus collumque; pelliculas hædorũ, id est, aperit præferens confessionem peccatorum, cibosque offerens, id est fidem, quæ operatur per dilectionem, eandem præcipit benedictionem, quæ in apostolos descendit, sicut audiuimus in supradicta lectione. Adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum, & erant loquentes linguis & magnificantes Deum.

*Galat. 5. Act. 10.*

Magnitudinem tantæ benedictionis hic introitus innuit: Cibauit eos ex adipe frumeti, & de petra melle saturauit eos. Per hoc enim felicitas gentium innuitur, quæ per spiritum sanctum, interiorè sacræ scripturæ, tanquam homines rationales, percipiunt medullam, cum Iudæi carnales, tantum exteriorem, vt ir rationalia pecora, sectentur paleam. Sermo namque diuini frumentum est, in quo literæ superficies, palea sensus verò spiritus sanctus, interiorè scripturæ, tanquam pinguedo diuinæ substantiæ sit, de quo in Psalmo dicitur: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, quia videlicet eius inspiratio verbi dei pinguedinem nostris animabus infert. Cibauit, inquam, Ecclesiam de gentibus ex adipe frumeti, vt dictum est. Saturauit etiam eos melle fluente de petra, id est, doctrina & sapientia & solutione arcanorum, quæ præcesserit de domino Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Propter quod de eodem spiritu in communionem dicitur: Spiritus sanctus docebit vos, quæcumque dixerit vobis. Offerenda, intonuit: non dubie ad hoc ipsum congruit, quia per spiritum sanctum apparuerunt fontes aquarum, id est, intellectus sunt scripturæ prophetarum.

*psal. 80. Cibauit eos ex adipe frumeti.*

*de petra melle saturauit eos. Coloss. 2. Iohann. 4.*

Quod spiritus sanctus extra catholicam non datur ecclesiam. Caput XXV.

**I**n officio tertie ferie prædicatur nobis, extra catholicam Ecclesiam non posse dari spiritum sanctum: solisque apostolicæ fidei præsulibus esse datu, vt per impositionem manus ipsorum hi, qui confirmandi vel ordinandi accedunt, accipiant eiusdem spiritus sancti donu. Sic enim habet, quæ in hoc officio posita est, lectio actuum apostolorum: Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolimitis, quia recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem: Nondum

*extra catholicam apostolicam non datur spiritus sanctus.*

*Act. 8.*

enim in quenquam illorum venerat spiritus sanctus, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Et vt sciamus non nisi per apostolicam fidei ianuam intrari debere in sanctam ecclesiam, nec aliter accipi spiritus sancti gratiam, congruè lectioni huic coniungitur hoc euangelium, in quo dominus ait: Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro, & cetera. Passim per libros patrum sententiæ reperiuntur, quibus confirmatur, talium sacramenta, speciem quidem pietatis habere, virtutem autem esse abnegare: quomodo palmes cum fuerat abscessus de vite, palmes quidem est, sed iam fructificare non potest: & manus cum abscessa fuerit de corpore, manus quidem est, sed corporis vitam, sensumque in se retinere non potest.

*Non intratur in ouile, nisi per fidem apostolicam. 2. Tim. 3. Iohann. 15.*

Quapropter cum baptizati à talibus, ad catholicam reuertuntur ecclesiam, non quidem repetitur in illis lauachrum carnis: siquidem baptizati sunt in nomine patris & filii & spiritus sancti: multæ quippe hæreses sic quoque baptizant, sed per impositionem manuum accipiunt spiritum sanctum, quem foris (vt dictum est) accipere non poterant. Hoc igitur, vt supradictum est, officio declamatur, foris non dari spiritum sanctum, sed intus per episcopos, quorum est, manus imponere, ex successione Apostolorum, quorum & illa vox est in introitu, manus imponenti & dicenti: Accipite in iucunditate gloriam vestram, gratias agentes Deo, qui vos ad cælestia regna vocauit. Quod de apostolicis sumptu epistolis parè à litera detortu est. Nam pro eo quod dominus ait: Accipite spiritum sanctum, isti verecunde vtentes eius vice, dicunt: Accipite iucunditatem gloriæ vestræ: Siquidem Paulus ad Corinthios scribens, qui ab eiusmodi furibus & latronibus, quos in supradicto euangelio dominus percutit, multifarie subuersi fuerant, id est, à pseudoapostolis, quia gloria vestra sumus ait: Et in alio loco: Gratias, inquit, gentes Deo, & cetera. Catholicorum quippe atque orthodoxorum gloria est, quod per ostium intrauerunt ouile ouium, id est, per fidem illorum, qui non suam, vt hæretici, sed Dei gloriam in spiritu sancto querunt. Vnde & in cõmuniōe canimus: Spiritus qui à patre procedit, ille me clarificabit. Quod idem est, ac si dixisset: Spiritus, qui à patre procedit, quicumque dabunt vel accipient, non suam sed dei gloriam vel glorificationem querent: In offerenda quoque, portas cæli aperuit dominus, donu sancti spiritus prædicatur, quo scripturæ sacræ apostolis, & per Apostolos nobis

*Reconciliatio per manus impositionem.*

*Accipite iucunditatem gloriæ vestræ. Iohann. 20. 2. Cor. 1. eph. 6.*

*Iohann. 16. Gloriam Dei catholici: Hæretici suam querunt.*

aperta sunt, vt manna verbi Dei plueret nobis dominus in abundantiam, quorum auctoritate ecclesia catholica ab insurgentibus in se hereticis exaltatur, sicut in sequenti versu canimus.

Quod ieiunium aetatis ipsa pentecostes hebdomada celebrandum sit. Cap. XXVI.

Rom. 5.

In officio quartae feriae predicamus eam, quae per Spiritum sanctum data est, ecclesiae multiplicem scientiam, consonantibus maximè his, quae ieiunio deputatae sunt euangelicis ac prophetis lectis. Illae namque lectiones trium dierum ieiunii magis consonant officiorum partibus reliquis, non solum sensu, sed interdum & littera, vt ille introitus: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, qui de lectione epistolae, quae ieiunio deputatur, sumptus est.

ieiunium penitens ratio nabiliter ab ecclesia Romana institutum.

Vnde factis ecclesiasticè & hoc Romana ceteret auctoritas, vt semper in hac sacra pentecostes hebdomada, siue tardius siue temperius termini occurrant, ieiuniorum celebratur solennitas, quod ab antiquis quoque praefinitum esse apostolicis, non dubia testantur ipsorum scripta. Non enim ab illis tradita est noua haec allegoria, secundum quam visum est quibusdam nostrorum, à prima hebdomada martii tres obseruare hebdomadarum τριακονταδενάδας, vsque ad natale domini ad similitudinem trium τριακονταδενάδων, quas matheus in Christi generatione contexit. Sed quia primum ieiunium veris, secundum estatis est, & terminus quadragesimae nunquam ante veris initium, pentecostes verò nunquam ante estatis occurrit introitus: placuit iure venerandae matri Romanae ecclesiae, in prima quadragesimae hebdomada, & in ipsa pentecostes solennitate, ieiuniorum eorundem officia praefigere, nec vnquam propter velocitatem aut tarditatem terminorum eadem confundere. Nec verò contristat aut obscurot, sed magis illustrat obseruata ieiuniorum, illam de aduentu sancti Spiritus solennitatem: quippe, quia delicta Sancti Spiritus, delictarum carnalium fastidium important electorum mentibus: & quia sponsum ablatum est, ieiunandum est illi eius, hoc Spiritu sancto paraclito, sic suam dispensante gratiam & consolationem, vt delectentur gemitibus inenarrabilibus, gementes vt columbae, gemitumque pro cantu habentes. Igitur haec officia secundum ieiunium, quomodo suis in partibus consonent, breuiter est aperiendum.

ieiunium non contristat solennitate spiritus sancti.

De officio quartae feriae: multiplicem ecclesiae scientiam per Spiritum sanctum esse datam. Cap. XXVII.

Matth. 9. Rom. 8. Mich. 2.

Primum officium quartae feriae, multiplicè, vt supradictum est, praedicat. Ecclesiae scientiam:

Dan. 1.

quia iuxta quod ait Daniel, pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: studio virorum illustrium, quae spiritu sancto illuminati sunt, de libris moysi pacificè; prophetarum scriptis tanta creuit copia librorum, vt nos legentes, tanquam lasi conuiuiae, plura relinquentes, videamur absterere. Hoc mysticè sanctum nobis innuit Euangelium, de quinque panibus & duobus piscibus satiatis quinque millibus hominum, & duodecim cophini ex fragmentis impleti sunt. Aucti sunt enim domini benedictione, sancti spiritus effusionem significant: quo dato, lex & prophetae inter studia tractantium, sicut illi panes inter ora comedentium multiplicati sunt. De quo spiritu in lectione prima dicit sapientia: quia spiritus domini repleuit orbem terrarum, &c. Et Elia in lectione secunda: Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquam super siccitatem, & fluenta super aridam. Et expones quid dixerit: effundam, inquit, spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super generationem tuam. His confondè praecinit introitus: Deus cum egredieris coram populo tuo, iter faciens eis, habitans in illis. Hic siquidè particulatim de Psalmo LXVII. sumptus est, qui psalmus totus de exaltatione Christi, & ecclesiae glorificatione compositus est. Nam per praedictam scientiam, & cetera charismata Spiritus sancti, egressus est Deus, id est, notus factus est in conspectu populi Christiani, prosperè iter faciens eis, remotis videlicet pristinis errorum laqueis. Et quia praedicti doctores sancti, quorum & illa vox esse potest in offerenda: meditabar in mandatis tuis quae dilexi valde: qui meditando diligenter sacras exposuerunt scripturas, id ipsum dicunt omnes, & non sunt in eis scismata: bene in communionem recitatur eis illud domini dictum, quod amplectuntur ipsi: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.

De officio sextae feriae: Synagogam per fidem esse resuscitandam. Cap. XXVIII.

Feria sexta pulchro & mirabili mysterio significat in euangelio nobis illud, quod futurum de synagoga speramus, videlicet quod tandè per fidem Christi suscitanda sit, quae nunc praepriè inuidia mortua est, ex quo Spiritus sancti gratia venientè de gentibus ecclesiam suscepit, mulier namque, quae à fluxu sanguinis, tactu fibrarum vestimèto saluatoris, sanata est: ecclesiam de gentibus, archisynagogi filia, quam idem dominus resuscitat, synagogam, quae nunc (vt dictum est) per infidelitatem mortua est, significat. In quo illud mirabile valde est mysticum quod,

Iohan. 16.

Esa. 44.

Sapient. 1.

Psal. 67.

Luc. 8.

Psal. 102.

Iohan. 5.

1. Cor. 1.

Iohan. 14.

1. Cor. 12.

que, quod quoadque; filia nata est archisynagogi, tunc mulier illa cepit infirmari, & quado haec sanata est, tunc illa obiit. Sic enim scriptum est in Euangelio: quia puella erat annorum duodecim, & mulier fluxu sanguinis patiebatur annis duodecim. Quid pulchrius, quid cōuenientiùs? Nā quado in Abraham, Isaac & Iacob synagoga nata est, gentilitas sordibus idololatriae tanquam fluxu sanguinis, cepit languere. Et quoniam trahente & suscipiente Spiritu sancto testificatus est in Cornelio, haec sanata est: tunc synagoga inuidens, & indignam vitam aeternae se iudicās, mortua est. Sed iterū reuiuifcet, postquam plenitudo gentium subintroierit, quod praesenti factura praedicatur gratia spiritus sancti. huic in praesente propheta lectione dicitur sub nomine ciuitatis suae Sion: Exultate filiae Sion, & letamini in domino, qui dedit vobis doctorem iustitiae, descendere faciat ad imbrem matutinum, & serotinum in principio. Per imbrè matutinum & serotinū doctrinā significat Euangelicā, quae illis & primo tempore tanquam matutinus imber, missa est: & nouissimo tanquam serotinus, mittēda est. Et comeditis, inquit, vescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. Comeditis, inquam, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam: de quo ad introitum in persona eius, quae suscitanda est, dicimus: Repleatur os meum laude tua, &c. Quapropter nec illud à mysterio vacat, quod cum puellam dominus suscitasset, additū est: Et iussit illi dare manducare. Refecta enim interius dicit id quod, in offerenda canimus: Benedic anima mea domino, &c. Et tunc magis vniuersaliter impletum erit, quod in communionem canimus: Spiritus ubi vult spirat, videlicet habens potestatem, cum vult, vadere ad gentes, & iterum venire ad Iudaeos, ubique sua se voce prodens, quia nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.

Matth. 9. Marc. 5.

Ast. 10. Ast. 13. Rom. 11. Iohel. 2.

Iohan. 6. Psal. 70.

Iohan. 5.

1. Cor. 12.

Matth. 20.

Rom. 5.

pacè habemus ad Deum, per dominum Iesum Christum? Quod superiora legentibus atque intelligentibus clarum est, vbi longa & valida disputatio caufatur Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse, nec istos excusabiles esse propter ignorantiam dei: nec illos iustificari potuisse ex operibus legis, & omnibus aequè necessariam esse Christi gratiam. Quibus omnibus sub peccato conclusis tandem infertur: Iustificati igitur ex fide, &c. Ita; duo caeci illuminati, mysticè duo sunt populi, quorum & illa vox est in introitu sumpto, de praedicta lectione epistolae: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem spiritum eius in nobis. Ad eodè ieiunium fieri praesenti hebdomada, ratio vel auctoritas exigit, vt maximè officijs consonent lectiones, & euangelia ad ieiunium pertinentia. Sed & lectiones quinq; si considerentur, spiritus sancti gratia testantur, omnes quidem significationibus rei competentibus, quaedam autem aperiuntis vocabus, vt haec prima Iohelis prophetae: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Secunda quoque, qua dicitur: Numerabitisque septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae: praesentem solennitatem contingit, quam numeratis à pasche die septem hebdomadibus, pro aduentu Spiritus sancti celebramus, quae magna, & apud antiquos in memoriam datae legis festiuitas hebdomadarum erat, & apud nos in memoriam datae gratiae, id est remissionis peccatorum iucundus iubilus est. Et quia post factam duorum concordiam populorum, in breui dominus venturus est, rectè filias absentiam sponsi desistentibus, & cum desiderio reditum eius expectantibus, illa consolantis verba in communionem canimus: Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos iterum, & gaudebit cor vestrum.

Iohelis. 2. Leuit. 25.

Iohan. 14.

Quod singula officia, quae praedicta sunt, singulis sancti Spiritus donis conueniant. Cap. XXX.

Nunc in quo singulis donorum Spiritus sancti singula conueniant officia, breuiter perstringendū est. Prima duo sabbati & sequentis die pentecostes officia, spiritum sapientiae & intellectum praedicant. Sapientiam namque & intellectum apostolis dedit, vt sicut sabbato cantauimus: Flumina de ventre eius fluent aquae viuae: & intelligent scripturas, sicut ipsa die pentecostes legimus, domino promittente: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quae cum dixerō vobis. Eosdem enim & sapientes, qui nosset, quando deberet proferre

Ast. 4.

sermonem: & intelligentes vt scripturarum mysteria non ignorarent, qui haec tenus idiotae fuerant, & sine literis, caeleste magisterium reddidit.

Astor. 10.

**S**ecundae feriae officium ad spiritum consilij pertinet, quia de assumptione gentium Deum collaudant, quorum salus dum in secreta Dei voluntate esset, ipsi apostoli illud ignorabant consilium, donec Petro diceretur in excessu mentis: Quod deus sancti ficauit, tu ne commune dixeris: quo loquente postmodum, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, quod ideo, vt supradictum est, commemorat officium.

Eph. 10.

**F**eriae tertiae officium, Apostolos & eorum successores commendat in eo, quod aduersus fures & latrones, qui aliunde ascendunt in ouile ouium, id est, aduersus pseudoapostolos vel haereticos, confortari spiritu fortitudinis audet, dum causa exposcit, & dicitur: Nam gloria vestra sumus: & gloriantur non insipienter, sed veritatem dicentes: Quapropter hoc officium ad spiritum fortitudinis pertinet.

Ioban. 6.

**Q**uarta feriae officium spiritum scientiae praedicat, quod maxime ex Euangelio claret, quo benedictionem domi-

ni panes multiplicati referuntur, de cuius rei mystico sensu superius iam dictum est.

Luc. 8.

**S**extae feriae officium respicit ad spiritum pietatis. Opus enim pietatis est, quod dominus puellam resuscitat, iubetque dari ad manducandum: imò quod per illud significatur, quia mortuum nunc synagogam, in fine resuscitans per fidem, replebit os eius laude, vt piam eloquatur iusti iudicij Dei confessionem.

**S**abbati officium ad spiritum timoris pertinet, quia videlicet cum duo caeci supradicti, id est, duo populi suum pariter agnouerint illuminatorem, propè erit dies iudicij, quae causa timoris & tremoris erit etiam electis.

1. Pet. 4.

**N**ec mirum hunc ordinem officiorum descendendo à spiritu sapientiae ad spiritum timoris deduci: paschalis verò hebdomadae officia ascendendo à spiritu timoris ad spiritum sapientiae perducunt, quia per hanc descensus ad nos Spiritus sancti, per illam verò nos ascensus ad ipsum digestus est, quod plenius dictum est in eisdem paschalibus officiis.

LIBRI DECIMI FINIS.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS. DE DIVINIS OFFICIIS, LIBER VNDECIMVS.

Cur post solennitatem sancti Spiritus, officium de sancta trinitate ponatur.

Caput I.



Elebrata solennitate de aduentu sancti Spiritus, statim euestigio gloriae sanctae trinitatis dominicae subsequetur officio, recta dispositione cocinim, videlicet quia post aduentum eiusdem Spiritus sancti, praedicari statim, & credi, & in baptismo celebrari cepit fides & confessio nominis patris & filii & spiritus sancti. Nam antea praesente in carne domino, nusquam nominis huius distinctionem aperte traditam vel obseruatam legimus, nisi cum post resurrectionem suam ait discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & Spiritus sancti. Sed tunc quidem haec regula tradita est, nunc autem primum actu exhibita, vbi ipsa die pentecostes primitus in

tribus millibus ecclesiae baptisma celebratum est. Sicque cepit innotescere terris, fortitudinis, nomen domini, propugnantibus magni David regis Christi ducibus, ipso quidem corporaliter absente, sed per diuinitatis praesentiam totam belli summam regente ac disponente, summaque cura nitentibus fidelissimis eius ducibus, dum capitur ciuitas aduersa, vt non suo, sed eius nomini ascribatur victoria, quemadmodum & David illi dictum legimus à duce suo, obfistente Rabath filiorum Amon: Cōgrega populum & obside ciuitatem, quia capienda est vrbs, ne cum capta fuerit, nomini meo ascribatur victoria.

2. Reg. 11.

De quo & subditur, quia tulit diadema regis eorum de capite eius, & impositum est super caput David. Pro regis eorum, in Hebraeo scribitur melchom. Vnde Hieronymus: Rex eorum vocatur idolum eorum, quod hic vocatur Melchom, cuius diadematis aurum confasse & purgasse dicitur David secundum legem,

legem, & fecisse inde sibi diadema, quod hic positum super caput eius dicitur. Sic vtique cultum idolorum tulit noster David, & de summis principibus illa colentibus, tanquam de diademate illorum se atque ecclesiam suam coronauit. Vnde eadem ecclesiae suae dicit in Canticis: Coronaberis de capite Aman, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Nam & tunc tulit idem David vxorem Vriæ Ethæi, ipsumque Vriam fecit occidi, ferentem in manu sua scriptam suae mortis sententiam, graue quidem committens piaculum secundum rem gestam, sed grande praesignans mysterium, per Christum regem verè manu fortem atque desiderabilem suo tempore peragentem. Sic enim hic verus David dominus noster, cum in solarjo domus suae deambulare, id est, in paternae maiestatis solio iam regnaret post meridiem, id est, post passionis suae pondus & aetum, iamque misisset Apostolos suos ad praedicandum cunctis gentibus, quae hic per Rabath ciuitatem filiorum Amon figurantur, vidit legem, quam dederat per Moysen, sanctam quidem & bonam, sed inutiliter carnali copulo coherentem, sicut in fructuoso coniugio Berfabæ, pulchra quidem valde, sed sterilis iuncta erat Vriæ Ethæo. Tollenique eam scilicet legem sacram, & spiritui suo sensum eius copulans virum eius superbium, scilicet Iudaicum populum, cuius superbia significatur per Vriæ vocabulum: Vriam enim interpretatur lux mea dei. Lucè quippe Dei ac scientiam ille populus putabat suam esse propriam, tanquam deus Iudaeorum tantum sit deus, non etiam gentium. Illum, inquam, carnalem populum hoc modo interficit, ablato à corde eius interiore sensu, legis suae litteram solum in manu derelinquit, quae acculante reus teneat, sicut ait ipse dominus: est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis. Hoc benè per illud figuratur, quod conscriptam à rege David mortis suae sententiam Vriam ipse portare iubetur.

Rom. 8.

Ioban. 5.

2. Reg. 11.

Igitur celebrata, vt supradictum est, solennitate de aduentu sancti spiritus, quo accepto, statim sanctae trinitatis fidem predicare ceperunt apostoli: rectè huius sequentis dominicae tam nocturno quam diurno officio, nomen & gloriam praedicamus eiusdem sanctae & indiuiduae trinitatis.

De cuius substantiae vnitae, personarumque trinitate, quia magni & catholici patres magna & digna conscribentes, sua quasi vt vindemiantes repleuerunt torcularia, nos quasi colligendo racemos post vindemiatores, & ipsi in benedictione dei sperantes, no-

uissimi pro eadem fide verba catholicae pacis effari cupimus.

Quoddam nomen patris & filii & spiritus sancti, propria veri dei descriptio fit.

Caput II.

**N**omine patris & filii & spiritus sancti perfecta & integra vnus veri dei definitio est, omnium quicumque dicantur, vel aliquando dicti fuerint dicti, siue in caelo siue in terra cuncta amputas tuba, quorum omnium alii falso dicti sunt dii, quos vario errore delusa gentilitas coluit, alii non naturaliter dii, sed accidentali dono à vero Deo deificati, iuxta illud: Ego dixi, dii estis: & filii excellenti omnes. Nam caetera quidem quamuis propria summe & vnus diuinitatis nomina, humana praesumptio falsis diis affinxit, vt creatores atque rectores orbis terrarum immortalis ac sempiternos, caelestes atque omnipotentes eos nuncuparet, & similia, quae poeticis quoque figmentis inserta demones pastore conuenerunt, vocabula illis imponeret. At verò nomen hoc à seculo non fuit auditum, nec homines de corde suo comminisci poterunt, videlicet quia significatum eius oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit. Solent quippe prius res intelligi, & post ad placitum nomina illis imponi, sicut aiunt mani quoque philosophi gentilium, ea quae sunt in voce, sunt earum, quae sunt in anima passionum nota. Sed significatum supradicti nominis patris, & filii & spiritus sancti, nullus eorum nouit, quia ideo sibi finxere, quos voluerunt. Rebus ergo quas deos appellauerunt, nomen hoc adinuenire vel imponere nequiverunt. Solus ipse deus nomen sibi hoc imposuit, vbi dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Cuius significatum & si prophetae vtunque nouerunt, tamen ipsum nomen edicere non debuerunt, videlicet quia mundus adhuc infans, ipsum nominis capere non posset significatum. Perfecta igitur, vt praedictum est, & integra veri Dei definitio est, nomen hoc Dei diuini, manifestam faciens discretionem, quod pertineant hi, qui scriptum illud habent in frontibus suis, de quibus clamaturnum est in Apocalypsi ab angelo ascendente ab ortu solis, & habente signum dei viui: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemur seruos dei nostri in frontibus eorum. Tunc enim angelus ille magni consilii clamauit quatuor angelis, id est, quatuor principalibus regnis, id quod supradictum est, quando clamore praedicationis euincens, factum est, vt reges quocumque & imperatores ad fidem conuerterent, non ob-

Ipsa. 6.

Esa. 64.

Mat. 23.

Apo. 7.

Ipsa. 4.

starent



starent docentibus & baptizantibus in nomine patris & filij & Spiritus sancti.

De significato eiusdem nominis patris & filij & spiritus sancti. Cap. III.

**A**D significatum verò sue mysterii huius tanti nominis intelligendum, mundandum est, quo solo Deus videri potest, cordis oculus: sicut cum solem istum aspicere volumus, oculi corporeum à pulvere si forte incidit, mundare necesse habemus. Nam nomen quidem patris & filij, & spiritus sancti, carnales quoque qui sunt in Ecclesia, multè quoque hereses, non solum carnis pulvere cecutientes, sed & impietatis tenebris palpantes, nomen hoc memoriter tenent & cōfitentur: quia videlicet Euangelica autoritate, quæ voce domini tradita est, utcumque tenetur. At verò significatum nominis, ab his tantum, qui cordis oculos emundauerunt, videtur nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem videbitur: cum venerit quod perfectum est. Qui ergo eiusmodi sunt, intelligunt per hæc pia naturæ vocabula patris & filij & spiritus sancti, verā & vnicā summæ diuinitatis gloriā, videlicet quia & nunc, & antequam quicquam faceret, vnus idemque, & solus erat Deus, sed non desertus neque solitarius: solus inquam, sed in substantiā, solus & vnus, sed non in persona.

Quod his relatiuis nominibus magis quam substantialibus natura Dei significetur. Caput III.

**I**psam diuinæ naturæ arcanum his relatiuis magis quam quibuslibet substantialibus exprimitur nominibus. Substantialia namque dicimus nomina, quæ tribus eque personis sunt communia: qualia sunt, Deus omnipotens, increatus, immensus, æternus, & his similia. Hæc autē relatiua sunt, quia videlicet, pater alicuius pater est, & filius alicuius filius est: & Spiritus sanctus alicuius spiritus est.

Sciendum verò, quia relatio non eque in omnibus cōuertitur. Nam pater quidem ad filium refertur & conuertitur, quia pater filij pater est, & filius patris filius est: spiritus autem sanctus patris quidem & filij spiritus est, sed non cōuertitur. Non enim pater sancti spiritus pater est, neque filius sancti spiritus filius est. Sed idem spiritus sanctus dicitur, & est donum, quo nomine relatio rectè reciprocari potest. Donum quippe datoris donum est, & dator doni, dator est. His inquam, relatiuis nominibus magis quam substantialibus commendatur nobis, quid amemus, laudemus, glorificemus. Quid enim creaturæ benevolentia creatori suo magis cupiat, quam illud, vnde potissimum ipse gloriatur dicens: nun-

quid ego qui alios parere facio, ipse non pariam: si ego qui aliis generationem tribuo, sterilis ero. Quod licet de adoptiuo dictum videatur filiis, principium laudis ab illius habet genitura filij, qui solus naturalis est, cuius participatione alij sunt adoptiuo filij: quia solum illum pater, qui hæc loquitur, genuit: alios autem creauit, nec de sua substantia genuit, sed per gratiam suam regenerauit.

Cur tres personas conuidentes, tres tamen deos dicere prohibetur. Caput V.

**I**ncirco autē tres personas cōfidentes, tres deos nihilominus dicere prohibetur, quia nec ipsa, quæ prædicta est relatio, Deo per accidens euenit, nec aliud quodlibet accidens diuinæ substantiæ se interfert. Non enim in his tribus personis vlla est diuersitas, aut quantitas, aut qualitas, aut temporis, aut loci, aut faciendi, aut patiendi, aut situs, aut habendi. Quantitatis, eò quod substantialiter tam pater, quam filius, & spiritus sanctus eque sit immensus: Qualitatis, eò quod item substantialiter eque sit sanctus, iustus, & bonus: temporis, eò quod eque sine initio sit: loci, quod eque incircumscribitur & in omni loco sit: faciendi, eò quod operatio trinitatis eque impermutabilis sit: patiendi, eò quod eque nulli subiaceat passioni: situs, eò quod eque nulli teneatur positione locali, iacendi aut sedendi. Eius verò generis, quod dicitur habere, eò quod nunquam de Deo nisi figuratè predicatur calceatus, armatus, coronatus, & his similia. Vnde ergo numerus deorum in trinitate potest astrui, ubi deest accidentium multitudo, quæ sola in his, quæ sub eadem specie sunt, indiuiduis numerum facit? Nam verbi gratia, cum sit homo specialis vnus, & omnes homines specie sint vnus (vt ipsi quoque gentiles perhibent philosophi) scrutare, quæcumque in indiuiduis numerum faciunt, & nihil omnino inuenies præter solam multitudinem accidentium. Sed hæc (vt dictum est) à diuinitate penitus aliena sunt. Quapropter nec est, cur vel vnde dicatur pluralitas deorum.

Quod diuina substantia propter sui simplicitatem nullis accidentibus subiaceat. Caput VI.

**C**ausa manifesta est, cur substantia creatrix accidentia non suscipiat, si primo attendas, cur eisdem creata substantia subiaceat. Videlicet accidentibus incirco subiaceat, quia quæcumque illa sit, ex materia simul & ex forma consistit, verbi gratia: velut artifex cum fabrilis arte statuum figurat, materia eius est eris species, forma verò, quæuis induta per artem effigies, scilicet imago imperatoris,

toris, aut si maluerit simulacrum Iouis. Ita quod statua nominamus, non est id quod est, quia non vnū aut simplū aliquid est. Sic nec ipsum æs, antequam in illo aliquid figuretur, simplū quid est, vt potest cuius materia terra est, multum ipsa differens, quæ videretur æris specie. Ipsam quoque, si consideres terram, non est id quod est, vt potest quæ à forma nomen hoc habet: Dicitur enim terra, eò quod sit grauis & sicca. Suum autē esse sumit ex hyle, quam dicunt materiā creatā in formē. Similiter homo non est simpliciter hoc vel hoc, videlicet quia cōstat ex partibus, quæ sunt anima & corpus, quas solubili vinculo nexas, proculdubio mors diflociat. Sic & cætera quæcumque sunt, ex materia simul & forma, vt dictum est, consistunt, ideoque accidentium multitudini subiacet, & mutabilia sunt. At verò dei substantia simplex est non formata, sed solummodo forma, forma inquam, carens materia. Vnde nescio, quod sancti spiritus organū cecinit præmissum, cōfirmatū est cor virginis, in quo diuina mysteria angelo narrante concepit, statim subiiciens: Te forma præ filiis hominū castis suscepit visceribus. Hoc verò catholicæ ecclesiæ prætor prædixit: Formam enim, id est Deum, beata virgo castis visceribus suscepit, & hominem eadem forma speciosum præ filiis hominū nobis protulit.

Hoc vnū est quod formatum non est. Vnde ergo accidentibus subiaceat? Nam quod cætera sunt mutabilia, de sua, vt dictum est, trahunt materia. Hoc vnum sine materia est, & ideo verè est, nulloque nixum est, quod est, præcunctis solidum, super omnia pulchrum. Non potest quicquam inesse, præter id quod ipsum est, nec enim potest accidentibus esse subiectū. Cumque sit substantia, non est susceptibile cōtrarium, licet hoc non capiat sapientia mundi, quam hic idem Deus stultam fecit.

Quod relatio nominū patris & filij & spiritus sancti, nullatenus in deo accidens sit, licet relatio vnum de accidentibus sit. Cap. VII.

**I**gitur tres personas, vt supra dictum est, cōfidentes, tamen tres dicere deos iure prohibetur, & quæcumque substantiæ nomina sunt, numero plurali prædicare non debemus. Solummodo personas triplicamus, quoniā ad hoc manifesta relatio est, id est, relatiuis nominibus, patris & filij & spiritus sancti, ritè compellimur. Sed hæc ipsa relatio, licet in multitudine accidentiū secundū hominē rectè cōputetur: sciendum tamen, quia deo nullatenus accidisse concedimus. Non enim ex tempore accidit Deo, vt pater esset, aut filium generaret, quemadmodum homini, qui longè

antè in sua substantia perfectus est, quam pater sit, aut filium generet. Trāseunda est tota hæc nostræ mutabilitatis nebula, & purgato cordis oculo (sicut initio iam dictum est) videndum est saltem per speculū in enigmate, quia longè aliter de deo natus est Deus, quam de homine homo per carnis fluxum temporaliter & localiter nascitur. Ad quod non nihil adiuvat, si nunc interim patrem & filij & spiritum sanctum, aliis & substantialibus vocabulis exprimamus.

Dicimus itaque sanctam trinitatem esse, vitam, sapientiam atque amorem. Nam deum patrem vitam dicimus, immortaliter in se viuentem: filij Dei patris sapientia eius dicimus, ineffabiliter de corde eius genitam, consubstantialem & cōeternam: spiritum sanctum dicimus amorem patris & filij, nihilominus consubstantialem & cōeternum. Hæc autem substantiæ nomina sunt. Pater namque substantialiter vita est, non viuificatū aliquid, vt homo siue animal quod viuificatū corpus est: non vt anima, quæ cum sit viuens, non est ipsa vita, vnde multis perturbacionibus est obnoxia, & vitæ superioris indiget: sed ipsa vitæ substantia, substantia subtilis, lucida, mobilis, acuta, nullis, vt supra dictum est, accidentibus subiecta, nullius indigens, omni vitæ rationali capabilis, nullius ipsa capax. Nam id quod alterius capax est, crassius vitæque densius atque corpulentius est eo, cuius capax est: vt vasculum idcirco aquæ capax est, quia materia eius terra est, quæ perfectio densior atque corpulentior aquæ elemento est. Sed hæc vita, de qua loquimur, adeo cunctis subtilior atque purior est, vt rebus omnibus ex materia formæque cōstantibus, sicut iam superius dictum est, forma ipsa siue materia sit, atque ideo simplex, & id quod est, absque omni mutabilitate permanens, forma bona, lumē non illuminatū, sed tamē illuminans, lumen inquam, verum, fonsque & origo sempiterni luminis. Nullius ergo hæc vita capax est, sed tamen capabilis, cuius ad comparationē & cætera densa atque corpulenta spirituum vascula sunt, sed ab hac vita in se viuente deo, capaci rationabilitate formata, eius capacia sunt, vnde & beatè sanctæque viuunt.

Filius verò itē substantialiter sapientia est, id est, non tantummodo sapiens (quod dici potest, & de aliquo qui accidentali dono sapientiæ participat) sed ipsa sapientiæ substantia. Nec incirco dialecticorum vocibus vitimur, quod eorum vanitati sanctam trinitatem subiciendā nullatenus arbitremur, sed vt significanda notis significationibus melius & cōpendiosius exprimamus. Nam illis concedimus quidem, in duo scilicet, in substantiam & accidens, omnia diu-

E. 4. 66.  
Rom.  
I. 12.  
Tit. 3.

I. Cor. 13.

I. Cor. 1.

diuidētibus, sed id quod est vltra omnia, extra omnia, & præter omnia, videlicet hanc sapientiam, imò totam beatam trinitatem, eorum descriptionibus nequaquam submittimus. Etenim substantia hæc nullatenus contrariorum susceptibilis est, licet Deus, more nostræ locutionis, nunc irasci, nunc verò concipiari dicatur.

*Sapient. 7. 8.* ¶ Et hæc dei sapiētia, accidēs quidem est homini, quoniā potest adesse vel abesse præter subiecti corruptionem, id est, præter humanæ substantiæ diminutionem vel absorptionem. Sed in seipsa verè substantia est mobilis omnibus mobilior, ubiq; attingens, omnia operans, cuncta disponens, speciosa, suavis, lucida, generosa, locuples, omnium artifex. Hanc sapiētiam Dei esse filium, naturaliter ex illo genitū didicimus, credimus, & confitemur. ¶ Naturaliter inquam, non imaginariè vel per similitudinem, quomodo filius beati hominis interdum accipimus opera eius: sed quàm naturaliter gignit homo hominem, tam naturaliter gētium accipimus ex Deo deum, ex lumine lumen, genitum, inquam, non factum, natum, non adoptatum, coequalē, coeternum, consubstantialē. Itcirco non consequitur, vt cum homini datur hæc eadem sapiētia, filius cordis eius dicatur, nisi figuratè, quomodo dominus, quicumq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Non inquam, hæc sapiētia filius eius est, cui datur, sed eius de quo verè nata est, à quo datur: quoniam & radius, quo nostri oculi irradiantur, nō noster, sed solis est radius. Illius est filius hæc sapiētia, qui illa non aliundè accepit, cuius de corde nata est, vt splēdor ex sole, vt riuus ex fonte, vt vapor ex igne.

*Math. 11.*

¶ Spiritus sanctus nihilominus substantia liter amor est, id est, non tantummodò amās, quod dici potest & de aliquo, qui accidentali dono eiusdem Spiritus participans, secundum quantitatem participationis amare incipit: sed ipsa diuini amoris substantia est.

¶ Nec idèd caliginem noster sensus vllam patitur, quò minus hunc amorem substantiam veram atq; perfectam arbitremur, quoniam humanæ substantiæ diuinus hic amor adesse vel abesse potest, præter aliquā eiusdem substantiæ nostræ absorptionem, quoniam hic amor, homini quidem accidens, id est, accidentale donū est. Sed in seipso vera substantia est, viuuda natura est, verus Deus.

¶ Qui iccirco propriè spiritus sanctus dicitur, cū & pater spiritus, & filius spiritus sit, & pater sanctus, & filius sanctus sit. Quia sicut spiritus aereus, verbi gratia, meridianus auster, (hic em̄ spiritū san-

ctum significat, quia calidus est) sicut in quā meridianus auster à plaga sua in oppositū se pentionem transcurrit, & opportunos aëribus terris imbres aduehit, sic iste Spiritus sanctus, operatione sua, quæ ipsius propria est, à creatore procedens, in creaturam rationalem, supradictam eius sapiētiam in opina turæ, prout vult deus ipse ac dominus, in fundit. ¶ Vndè & spiritus sapiētie dicitur, etiam extra dispositionem vel ordinem, quo septē eius gratiæ numerantur, spiritus inquam, sapiētia, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, discretus, mobilis, coinquatus, ceruus, suauis, amans bonū, acutus, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutē, omnia proficiens.

*Sapient. 7.*

¶ His igitur substantialibus nominibus, vt supradictum est, quæ sunt vita, sapiētia, amor vel charitas: his inquam, ad intellectum iuamur, vt relationē, quæ in nominibus patris & filii & spiritus sancti consistit, nullatenus ex tempore, cepisse vel suspicemur. ¶ Quia cum pater, vt dictum est, vita sit, & filius sapiētia: quisquis ex tempore cepisse contēdit nomen patris, aut generationem filij, confitequitur, vt Deum aliquandò sine sapiētia: Deum inquam, in sapientem (quod dictū quoque nefas est) fuisse concedat. Sed hoc abhorret fides, anathematizat pietas, omnis detestatur creatura. Itaque non ex tempore, sed ante omnia secula Deus pater est, quia filius, id est, sapiētia eius sine initio cum illo est. Vndè ipsa eadem sapiētia dicit: Ante-

*Prouer. 8.*

erat apud Deum, & deus erat verbum, & cetera. ¶ Rursus cum spiritus sanctus amor sit, quisquis patrem & filium prius fuisse cōtendit, quàm spiritum sanctum, consequitur fuisse, quādo neq; filius patrem, neq; pater amat filium. Quod vel suspicari dementissimum est atq; impium. Nobis verò superuacaneum est, testimonij astruere, quod pater diligit filium, imò quod (sicut ipse ait) dilexerit eum ante mundi constitutionem, quia satis probabile, imò necessarium est, quòd talis pater talem semper dilexerit filium.

*Iohann. 17.*

Quod ait Sapiētia, Ludens eram coram eo (scilicet Deo) in principio, idè esse quod de verbo dictū est. Quod factū est, in ipso vita erat. Cap. VIII.

**A** Tamen ne capitulum prælibatum sub obscuro reliquisse videamur, quæ aliū arbitrari possumus ludum, in eo quod ait

ait Sapiētia: Ludens eram coram eo omni tempore, ludēs in orbe terrarum: nisi huius, de qua loquimur, dilectionis gaudiū? Ludus enim erat amabilis deo patri, videre in sapiētia sua, quæ facturus erat, primo beatam cœli curiam, pulchramq; rempublicam decus erat denis angelorum ordinibus distinguendam: deindè visibilē mūdi huius architecturā, sphaericam cœli camerā, solemq; & lunā, lucida sidera, aquas superiores, aquas inferiores, omnes abyssos, niues atq; grandines, montes & colles, cūctamq; terræ arēā, mare & omnia, quæ in eis sunt, quicquid sursum volat, quicquid deorsum repit aut ambulat, bestias & vniuersa pecora, reges terræ, & omnes populos. Nā de his omnibus ait Euāgelista: Quod factum est, in ipso vita erat.

*Iohann. 1.*

*Prouer. 8.*

¶ Quid verò est, quod addidit, Et deliciae meæ esse cum filiis hominum? Quid, inquam, nisi quòd iam tūc in eadem sapiētia prouisum & hoc erat, vt in humana requiesceret natura, & caput hominum effecta, sanctorum & sapientium sibi met consociaret in suis deliciis agmina? Hæc (inquam) videre antequam fieret, ludus erat deo & sapiētia eius, ludus festiuus, ludus iucundus, ludus deliciosus. ¶ At verò de huiusmodi gaudere, hæc omnia spectare cū hilaritate, in cordis amplitudine, amor est sapiētie, amor studiosus, amor sanctus: quæ supra sanctum esse spiritum diximus. Igitur quòd sapiētia, quæ filius est, de sua dicit antiquitate æterna, simul & de hoc amore, qui spiritus sanctus est, necessarium conceditur: videlicet, quæ dominus possedit iam initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ex antiquis, antequam terra fieret, &c.

Quod fides catholica neq; (vt Arrius) substantiam separet, neq; (vt Sabellius) trinitatis personas confundat.

#### Caput IX.

**I** Ta neq; (vt Arrius) substantiam separamus, neq; (vt Sabellius) personas in trinitate confundimus, vtriusq; erroris voraginem declinantes cum execratione, & via regia currentes, vela pandimus in signa confessionis catholicæ. ¶ Alter enim eorum, filium patre minorem, & creaturam, atq; conuertibilem esse contendens, impiè atque sceleratissimè creatori hoc auferre molitus est, quòd ille creaturis à se factis omnibus, quæ viuunt tantū, quæq; viuunt, simul & sentiūt, benignè largiri dignatus est. Sic enim singula distinxit, vt in specie sua generarent, & non degenerarent: Germinet, inquam, terra herbas viuentem, & facientem semen iuxta genus suū, lignumq; facies fructū, & habēs vnūquodq;

semen secundum speciem suam. Itè: Creauit deus cete grandia, & omnem animam viuentem atq; motabilē, quàm produxerunt aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Ac deinceps: Producat terra animā viuentem in genere suo, &c. Tandem & hominē sic plasmauit, vt generaret (sicut scriptū est) ad imaginē & similitudinem suā. ¶ Sic fatuus ille, vt non videat quantam creatori irroget cōtumeliā, quantamq; naturæ eius criminetur sterilitatem atq; inopiam, vt creaturis ab eo factis, in genere suo semen afferentibus, nullum ipse creator generis sui semen habeat eodem vtiq; bono, quod aliis contulit, ipse careat, sterilis, disertus atq; solitarius?

*Genes. 1.*

¶ Nonne ergò meritò contra huiusmodi derogatores quæritur ipse in Propheta, dicens: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? & qui alii generationē tribuo, ipse sterilis ero? Vndè enim exemplar accepit, vt fecunditate suis daret creaturis, si in seipso sterilitate aridus exisset, si creans tam multa, nihil de seipso generare valuit? Vt quid tan-toperè tota nocte vitæ præsentis adolescentularum ostia circuit, sibiq; poscit aperiri, si non in seipso naturaliter calet amore, si non genuino viret semine?

*Isa. 66.*

*Apoc. 6.*

¶ Instat enim & intrinsecus, vt suæ naturæ communionem eum quæ spiritum sanctum dicimus, vehementem spirat amorem, suumq; verbum, iam filiū, iamq; à principio & ab æterno natū, & adhuc tamē, vt verè semen sibi in situ in multas coniuges, id est, in multas animas spargens, deorum quotididè multiplicat gētem, quibus ait

*Iohann. 1.*

Propheta: ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Itèq; euāgelista de illo vnico filio Dei, deiq; verbo loquens: Quotquot aut receperunt eū, inquit, dedit eis potestatem filios dei fieri. ¶ At ille, de quo supradictū est, Arrius infelix, & quicumq; similis eius animalis homo non percipiens ea quæ dei sunt, & ea sola sapiēs, quæ carnis sunt, audiēs deo filiū natū, toto sensu inhæret carnis imaginibus, conficiens esse contendens, quòd vt filius generaretur vel nasceretur, substantia patris defluerit, & filius localiter ab eadem patris substantia traductus sit, & hanc passibilitatis calumniam, quasi consequenter aduersum nos redarguit. Itèq; de filio subiicit: Si natus est, erat profectò quando non erat. Et quasi necessariò de temporalitate cōcludens, coæternitatem patris filio, quantum in se est, auferre contendit. Sed de coæternitate vel consubstantialitate iam superius dictum est.

*Iohann. 1.*

*Iohann. 1.*

*1. Cor. 2.*

¶ De argumento vero deflexionis vel diminutionis paternæ substantiæ, quam in generatione filii contēdit, cōsequenter intelligi oportere

P dicen-

dicendū est, malē illos, nimirūq; carnali sensu fibimet illuisse. Nō enim à carne, quæ in pro pagando passibiliter desluit, argumētum ducere debuerant in ratione diuinæ generationis. Rebus quippe dissimilibus eadem non conueniunt. Quid autē tam dissimile, quàm carni spiritus, & nō quilibet spiritus, sed omnium spirituum creator spiritus: deus enim spiritus est, & eum qui adorat, in spiritu & veritate oportet adorare. ¶ Nobis ergo filium dei naturaliter ex patre natum cōfidentibus, obicere non debuerant, quōd cōfessionem nostram diuinæ substantiæ passibilitas, quæ in generatione carnis non abest, id est, fluxus vel diminutio, consequeretur. Nā est quidē aliqua similitudo in carne sumpta ad deū qui spiritus est, sacrisq; inserta scripturis, vt in cāticis mysticisq; prophetarū libris, sub nominib; spōsi & spōsæ, aut viri & vxoris, sed omnino figuratē hoc. i. vt in eo quod litera sonat, lōgē aliud intelligas, scilicet in viro deū, in femine dei filiū, id est, ei; verbū, in amore spiritum sanctū, in vxore creaturā rationālē id est, humanā animā, vel angelicā substantiā. Sed est verior illa similitudo, quæ ab interiore homine sumpta, suis hostem telis reuerberat. Nam si ab homine similitudo in deū conquiritur, indē sumatur, vbi eius, scilicet dei imago splendere probatur. Non autem corp; hominis formati est ad imaginem dei, quod arbitrati sunt hi, qui dicuntur Humaniformij, pro eo quod deum humanam formam suspicantes, in mane simulachrum in templo cordis sui collocauerunt. Nam cū scriptum est: Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, consequeretur opinionem eorum, vt deus in cælo tam vastus sederet, vt terram pedibus tangeret. Ab interiore ergo homine e contrario argumentari licet, quōd generatio filii dei nullam paternæ substantiæ diminutionem fluxumve nos compellat recipere.

Qua similitudine valeat intelligi, filiū absq; fluxu vel diminutione paternæ substantiæ potuisse nasci. Cap. X.

¶ On solum itaq; vel artē in hominis anima sitam, operæ precium est aduertere, qualiter ab anima absq; diminutione eius in auditorē quenpiam vel in actum transeat. Si cunctis, qui ad esse vel audire possunt, tuum cōsiliū proferas, tuamue scientiam doctor sedulus in multorum aures, dicēdo, docendo trāsfundas, & quos vacuos acceperas, discerent animos impleas, num idcirco sensus tuus defluxit, imminuit; est, & sui aliquid detrimentum passus est? Itemque si artifex es, & egregium aliquod opus meditaris, mo-

dicumque structuræ prius in mente præpangis, & postmodum in re mirandum atq; laudandum in actu componis, nunquid ingenii tui vena protinus aruit, nec idem retinet quod edidit? ¶ Quanto ergo magis sapientia dei, quæ est deus, dei filius est, omnium artifex, omnia prospiciens, quæ attingit à fine vsq; ad finem, non sic nata est vt efflueret, nō sic genita est, vt paternam substantiam diminueret? Nec tunc, quando primū ad componendam mundi fabricā emicuit, & omnia visibilia vel inuisibilia cōdidit: nec tunc, quādo in vtero virginis carnem assumens, humanæ naturæ tota inscripta est, nihil minus in corde suo pater habuit, nec ideo verbum in eius natura deletū aut detritum est, quia totum illud in nostræ naturæ pellem transcripsit. Hic ergo, arrius scilicet, & quicunq; trinitatem con substantialem non confitentur, anathema sint, inquit, sancta synodus nicæna. His autem, qui con substantialem trinitatē prædicant, regna cælorum sint præparata. Quod hæresis Sabelliana personas confundens, consequenter dicta sit Patripassiana. Caput XI.

¶ Alter verò, videlicet Sabellius, diuerso quidem, sed non minus detestabili errore personas trinitatis cōfundēs, vnam esse personam asserit, id est, ipsum sibi esse filiū, qui pater est, ipsumq; spiritū, ita cæcus mēte, vt hæc tam præclara, tam aperta testimonia non attendat domini dicentis: Ite, baptizate omnes gētes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Itemq; eo baptizato in Iordane, voce de cælo dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benē cōplacui: sanctūque spiritum in columbæ specie super eum descendentem. ¶ Hanc hæresim consequenter Patripassianam dicimus. Nam si idē ipse filius, qui pater est, cū filius incarnatus & passus sit, proculdubio pater ipse incarnatus & passus est. Vnde rectē (vt dictum est) Patripassianam hæc hæresim nominamus. Sed nos hunc errorem execrantes, verbum quod erat in principio apud deum, verbū (inquam) Deum, nō ipsum, apud quem erat hoc verbum, credimus & confitemur carnem factum, vide licet alium eum qui genuit, alium confitētes eū esse qui genitus est. Aliū, inquam, in persona, non aliud in substantia. Vnde ait ipse filius: Ego & pater vnum sumus. Vnū vtq; secundum substantiam, sumus secundū pluralitatem personarū, eū dixisse non dubitamus. Quod in creatura rationali benē constituta, sancta trinitas per suorum distinctiōnem operum agnoscī valeat. Caput XII.

In crea-

¶ In creatura quoq; rationali benē & perfecte decore cōstituta, tanquā in speculo per lucido paret quodammodo, quia non in vna sola, sicut prædict; Sabellius errat, sed in tribus personis adoranda subsistit diuinitas. ¶ Ecce enim (sicut superius dictum est) patrē & filium & spiritum sanctū, quæ relatiua nomina sunt, aliis & substantialibus nominibus dici, vel esse, vitā, sapientiā, atq; amorē: sic in homine, vel angelo sancto hæc tria computamus, spiritū vel animā, rationalitatē, atq; dilectionē. Hæc tria sunt, manifestatē, atq; dilectionē. Hæc tria sunt, manifestatē, atq; dilectionē. Hæc tria sunt, manifestatē, atq; dilectionē. Vnde arguitur per Ezechielem diabolus, qui illam in semetipso spreuit primus: Aurum, inquit, opus decoris tui, & foramina tua in die, qua cōditus es, preparata sunt. Et post pauca: Repleta sunt, ait, interiora tua iniquitate. Rationalitatem cum qua conditus est, foramina eius appellat: quia sicut lapis preciosus auro ligat, ita spiritu sancto, qui vtq; dilectio est, ligari, & in vnitare cœlestis ordinis cū posset astringi, recusauit. Sic & homo tumidus, quicunq; superbiam eius imitatur. ¶ Non ergo (vt iam dictum est) dilectio ipsa quæ rationalitas, nec rationalitas ipsa quæ anima vel spiritus est, sed tria simul vnum opus perfectū, & creatori simile, ostendunt. In hoc igitur tāquā in speculo (vt supradictum est) cōtemplare creatorem deum, non vnus tantū, sed trium personarum esse. Quarum quamlibet quis denegat, deum nō habet, sicut rationali creaturæ quodlibet ex supradictis tribus detrahas, nullius dignitatis op; remanet. Amiffa namq; dilectio, qui angelus lucis creatus fuerat, diabolus princeps tenebrarum factus. Et homo similiter absq; dilectione malus, & eiusdem diaboli filius est. Quod si rationalitas desit, brutū est omne quod viuūt & sentit. Si anima vel spiritus non sit, multo magis nec rationalitas nec dilectio in vlla creatura est. ¶ Sic (inquam) quamlibet trium personarum deneges, deum non habes: quia si spiritum sanctum abneges, patrem & filium confitens, cū idem spiritus amor sit, deum, sine amore, id est, hostem vel inimicum tibi constituisi. Si filium deneges, cū filius Dei sapientia sit, deum tibi brutum & insipientem

phantastico errore confinxisti. Nam de filio male sentientes, Niceni fides concilij gentilium similes esse conuincit. Itaq; iure catholica fides, vt supradictū est, sicut in Arrio substantiæ separationem, sic in Sabellio personarum anathematizat confusionem vel peremptionem.

Quomodo numerus trium personarum nihil indē auctus sit, quōd homo factus est filius dei: nec idcirco quaternitas, sed dicatur & sit nihilominus trinitas. Ca. XIII.

¶ Vanus autem filius incarnatus sit, idēq; Deus & homo sit, nō creuit ex eo personarū pluralitas, vt quæ ante incarnationē eius erat trinitas, post dicatur aut sit quaternitas. Nō enim duos ecclesia catholica recipit filios, imò anathematizat Nestorium & omnes, qui vnum ante secula, aliū profitentur post carnis assumptionem. ¶ Nam duo quidem, id est, duas substantias, duo (inquam) neutro genere, nō masculino duos, id est, duas in Christo prædicamus personas. Et sicut homo sedens in equo, nō duo sunt, sed vnus equus, sic deus in homine nō duo Christi, sed vnus est Chrs. Quomodo enim de diuersarum specierū indiuiduis duos aut tres prædicabis, cū vnū substantiæ nomen subiicere non possis. Verbi gratia: Hic homo, at quæ hic equus diuersarum specierum, id est, hominis & equi indiuidua sunt. Si ergo de hoc equo, & de hoc homine loquēs, duos dixeris, incōueniēter hoc mobile prædicabis, cū substantiale fixum non sit, quod subiicere possis: quia neq; homines neq; equos de vno homine, & vno equo dicere ratio permittit. Non minus inconuenienter de Christo prædicabis duos. Nam quomodo constat, hic equus ex hoc homine, & ex hoc equo: sicut & Chrs constat ex hoc indiuiduo dei, quod est verbum patris, & ex hoc indiuiduo hominis, quod ex virgine Maria nascendo initū sumpsit. ¶ Pubium autem non est, quōd deus, & homo diuersæ sint species, omnino substantialibus differentiis longē ad inuicem distantes, ab vsq; generalissimū generis (quod est substantia) diuisione prima. Nam sub corporeo longē infra continetur homo, deus autē verus sub incorporeo. Si ergo de Christo loquens dixeris duos, inconuenienter prædicabis: quia non est fixum substantiale, quod cōgruē subiicere possis. Nec si Christos subiecseris, rectē dixisti: quia Christus nec substantiale nomen est, sed est nomen officii: nec magis de deo & homine, duos rectē potes prædicare christos, quā duos equites de homine & equo. ¶ Sed & minus conuenienter

P 2 de Deo

de Deo & homine duos dicit christos, quàm de homine & equo equites duos: quia deus homini vnitus, nunquam separabitur: homo autē equo sedens, quoties descendit, toties separatur. Nec incongruē similitudo hæc pro argumento sumpta est: quoniam in Christo diuinitas sumpta tanquam equo vsa est, vnde in Zacharia propheta equus roseus ostenditur, & in Euāgelio Samaritanus hominem à latronibus conuulserunt, iumento suo imposuisse legitur. ¶ Itaq; quemadmodū filius tuus, si egressus pedes, fortē sedēs equo ad te reuertitur, non ideo tecum personas triplicat, sed tantū vt prius geminat, nō enim dignum est, vt cum filio tuo, filius iumentū personam duplicet: sic filius Dei, verbum patris in sola diuinitate eructatum in vterū virginis, dum cum humanitate redit ad dexterā patris, personarum numerus non inde succrescit, quia dignum non est, vt cum natura Dei personā duplicet, natura hominis, quæ ab illa substantia, & pluribus, & maioribus distat differentiis, quàm equus ab homine. Nam hominē ab equo rationalis differentia seungit, hominem autem à deo plurimæ fecerunt (quas enumerare longum est) substantiales differentia.

Cur ante incarnationē domini fides sanctæ trinitatis à vulgo nō deberit, aut potuerit exigi. Cap. XIII.

Dei cō prateritis generationibus ante aduentum Christi tacitum fuit vulgo mysterium tanti huius diuini nominis patris & filij & spiritus sancti, quia necdū illud capere poterat infantia seu iuuentus mundi nimirū carnalis, quippē qui ne nunc quidem iam grandæuus, postquā incanuit, christo adueniēte, sine magno prædicantium labore, intelligere potuit, simul quia necdū illam, quam in hac fide confitemur, suā beatā trinitas fecerit misericordiam. ¶ Nec dum (inquam) nobiscum illam, pro qua nunc iure colitur, fecerat misericordiam, qua sibi circa salutem nostram beatā trinitas diuinitatem trinam, vt hominem quem pater creauerat, filius redimeret, spiritus sanctus igniret, non quia pater absque filio sanctoque spiritu quicquam creauerit, aut filius sine patre sanctoque spiritu redemirerit, aut spiritus sanctus absque patre filioq; illustrauerit, & peccatorū remissione mūdauerit, sed quia sic est cōmunis quidem, & vbiq; inseparabilis summa & vni diuinitatis operatio, vt tamē in proprietate vel ordine operis, manifesta nulliq; fidelium ignoranda, personarum sit discretio. Nam illa vox: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, patris vox est ad filium

& spiritum sanctū: & illa caro, quæ de virgine sumpta, mortua ac sepulta est, & resurrexit, filij caro est: & illa columba, quæ super domum descendit, & ille ignis qui super Apostolos eius apparuit, non quidem substantiā, sed præsentem sancti spiritus potentiam visibiliter exhibuit. Præteritis ergo seculis iure à vulgo non exigebatur fides sanctæ trinitatis, quia sicut dictum est, infanti adhuc & sub pædagogō feruienti populo Dei, declarata non fuerat hæc eadem trinitas adorandi exhibitione vel distinctione operis.

Quod vetus testamentum eandem fidem trinitatis non tacuerit, nec sine illa veteres sancti deo placuerint.

Capit. XV.

Non tamen penitus absq; fide veteres Deo placuerunt, quoniam hi, à quibus tanquam radicibus suis multiplices rami portabatur, scilicet magni patres diuini huius nominis pinguedine non caruerunt, quæ nunc pacificur nos: qui cū oleaster essemus, naturalibus ramis propter incredulitatem fractis, per eandem fidem in bonam oliuam inferti sumus. ¶ Plurima quippe illorū libri testimonia trinitatis Euāgelio Christi conferunt. Vnde hæc duo testamēta recēte per duo Seraphin significauerunt in esaiā, quod est ille clamor: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, pleni sunt cæli & terra gloria tua. Et quia Iudaicus populus, hoc audito clamore per apostolorum ora, post aduentum sancti spiritus, incredulitate cæcatus est, benē & hoc propheta ostenditur, in eo quod domus domini fumo impletur. Fumus enim ille Iudæorum cæcitate designat, sicut & paulō post eadem propheta dicitur: Excæca cor populi huius, &c. ¶ Sed nos ad librum quem aperuit agnus, oculos cordis per fidem apertos habentes cum supradictis seraphim, vel cum quatuor quoque animalibus dicimus: Sanctus, sanctus, sanctus, adiungentes: Salus deo nostro qui sedet super thronum, & agno, videlicet quia librum istud aperiens agnus, trinitatis mysterium in illo descriptum ostendit, quod nesciebatur. ¶ Nam quum interrogantibus Iudæis & dicentibus: Tu quis es respondisset? Ego principium, qui & loquor vobis, aperuit nobis, quia iuxta quod & in Psalmo dicit: In capite libri scriptū est de me, non aliud moyses principium intelligi voluit, vbi ait: In principio creauit Deus cælum & terram, non aliud (inquam) principium quàm filium, quoniam & Iohannes ait: Omnia per ipsum facta sunt. Creauit cælum & terram Deus in principio, id est; pater in filio. Cui adde

Gen. 1. adde quod sequitur: Et spiritus Dei ferebatur super aquas, & ecce in capite libri, quem agnus aperuit, beata præfulget trinitas. Per hæc fores trifidas sanctam ingressus scripturam, passim deinde resperos inuenis aureos eiusdem diuini nominis titulos.

Quomodo in operibus sex dierum singulis trinitas commendetur.

Capit. XVI.

Primum in opere sex dierum, si vigilanter attendas, eadem commendatur trinitas, verbi gratia: Dixit deus, Fiat lux. Ac deinceps, Vidit Deus quod esset bonum. In eo quod ait: Dixi: deus verbum, per quod omnia facta sunt, cū patre agnosimus. Et in eo quod addidit: Et vidit deus quod esset bonum, nimiam operantis diligentiam atq; benevolentiam intelligimus, quæ proculdubio nō est aliud, quàm qui tertia in trinitate persona est spiritus sanctus. ¶ Nō enim casti, aut superuacue sic positum per singula, Vidit deus quod esset bonum, estimare debemus. Sed magnam creatori diligentiam nobis commendatam fideliter aduertamus. Et vt scias, quantum illa diligentia, de qua loquimur, in opere dei profecerit, conuertere ad cor tuum, & quicquid es artifex alicuius laudandi effectus operis. Vt, inquam, scias, quantum diligentia quæ est spiritus eius, operi profecerit, respice quantum in opere tuo, diligentia tua contulit. Certē in mente tua quodammodo sic habebas artem, sicut erat in principio verbum apud deum. Eius artis tibi conscius, nō ociosum te esse passus es. Quare? Vt de multis, quæ subesse potuerunt, causam meliorem inferā, vtilitatis amor, id est, intentio proficiendi plurimis, ocie te impatientē reddidit. Vna causā hæc ab illo te seruo discernit, qui malus & piger arguitur, dū tu laudaris seruus bonus & fidelis. Nam de cætero patres fuistis, videlicet quia tam in illius, quàm in tua mente talentum bonæ artis appensum est. ¶ Sed vide, quantum inter te atq; illum distantiam, diligentia siue benevolentia, quæ in te est, effecerit. Dum ille fodit in terram, & ascondit pecuniam domini sui, tu operando in credito tibi talento, duplicia lucraris, videntiq; per singulos profectus, quia bonū est lucrum, amplius sitis, & præ magitudine desiderij laborem in opere non sentis. Crescit lucrum, crescit lucri desiderium. Ad hanc ergo similitudinem perpendis, quantum in opere Dei, diligentia vel bonitas eius effecerit, quæ magnificē delectata esse, monstratur in eo, quod per singula dicitur: Et vidit Deus, quod esset bonum, & ait, Fiat, &c. Tantum in opere secundi diei non est illud ad-

ditum, certē gratia mysterij, de quo iam alibi dictum est. Illa verò diligentia vel bonitas, alia (vt dictum est) quàm spiritus sanctus, intelligi non debet. Si enim interrogos (inquit Augustinus) quis omnia fecerit, respondeo, Deus: Si quæras, per quod, aio, per verbum. Si quæras, quare, respondeo, quia bonus. Et hæc trinitas, inquit, vnus deus est.

Quod in plasmatione hominis, cuiusq; personæ trinitatis proprium opus discernendum sit. Cap. XVII.

igitur in opere mundanæ fabricæ cunctorūq; creatione, omnipotens omnia sciens, omnibus commendatur benigna trinitas.

¶ Amplius autem in eo, quem vniversis præponere decernebat, id est, in homine seipsam exprimere dignata est, dicendo: Faciamus hominem. Nam in verbo, faciamus, manifestē personarū pluralitas innuitur, in quo per cōsiliū, quod sic præmittitur, eadem diligentia, de qua iam dictum est, magnificentiā commedatur. Et in hoc opere plasmatio, propria patris operatio est. Duo verò, quæ in hoc plasmate, vltra cætera animalia, quæ iam creata fuerant, addita sunt, videlicet, vt fieret ad dei imaginem, & similitudinē cæterarū personarū, id est, filij & spiritus sancti insignia sunt.

¶ Ad imaginem quæm dei, quæ filius est sicut Apostolus ait, de illo loquens: Qui est imago dei inuisibilis, & alibi: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: ad imaginem (inquam) dei, siue figuram substantiæ eius homo cōditus est, in eo quod rationalis est, ad similitudinē verò, in eo quod diuinæ bonitatis imitator cōditus est, quod propriè sancti spiritus opus est. Bonitas quippe vel charitas dei, spiritus sanctus est. Qui cū (vt supra dictū est) patrem vt omnia per verbum operaretur, excitauerit, tūm verò in plasmatione hominis, ita studio sum reddidit, vt nihil eorum subtraheret, quæ conferre potuit. ¶ Quid enim taliter cōditū homini præter naturalem diuinitatem defuit? At verò id, quod per naturam deus sit, generare vtiq; Deus potuit: deus enim est verbū, quod genuit: creare autē vel plasmare tale quid, cū sit omnipotēs, nullo modo potuit. Nec in hoc quicquam derogat omnipotentia, cū equale sibi, qui est vltra omnia, extra omnia, præter omnia, dicitur deus creare nō potuisse. Igitur in plasmatione hominis (vt dictū est) benevolentia dei, quæ est spiritus sanctus, maxime operā suam adhibuit, cū ei, qui (vt potē creatus) naturaliter non poterat esse deus, similitudinē dei contulit. Quæ dei similitudo, vt sedem vel receptaculum haberet, imago siue figura substantiæ dei, quæ est filius,